# WYPISY Z AKT KAPITUŁY W ŁOWICZU DO ZAKRYSTII, SKARBCA, BIBLIOTEKI, ARCHIWUM I KANCELARII MIEJSCOWEJ KOLEGIATY I KAPITUŁY Z LAT 1525—1818

## III

OPRACOWAŁ I WYDAŁ
KS. STANISŁAW LIBROWSKI

LUBLIN 1987

## KSIĘGA TRZYNASTA

### OPIS

Skrócony tytuł nadany (przeze mnie, tu) — **Liber XIII: Acta actorum Venerabilis Capituli Insignis Collegiatae Lovіciensis 1778—1790.**

Księga nie posiada tytułu, który może zamierzano dać na s. 1. Tekst, bez początku, zaczyna się od s. 2.

W opracowanym na przeł. XVIII/XIX w. przez ks. Śladeckiego [1] niepełnym wykazie zawartości niniejszej jednostki aktowej ma ona następujący nagłówek: Index decretorum capitularium Insignis Collegiatae Łoviciensis libri decimi, a die 11 Iulii anni 1778 (s. 193).

Sygnatury:

Not. Śladeckiego umieszczona na 1 s. pierwszej k. ochronnej: Liber Actorum $10^{mus}$. Dla niego była to rzeczywiście dziesiąta z kolei zachowana (realna) księga akt kapitulnych.

Sygn. późniejsza, z przeł. XIX/XX stulecia, znajdująca się w prawym narożniku nad powyższą, idealna i prawidłowa brzmi: A. 1. 13.

Sygn. aktual. (moja, tutaj): AKŁ, ks. ideal. 13, real. 9.

Sygn. mikr. Ośrodka ABMK: 3525.

Księga in folio, stron zapisanych 868, dalsze do s. 875 nie zapis. Język łaciński i częściowo polski. Oprawa współczesna w tektórę obciągniętą skórą. Stan zachowania dobry. Na skutek odwrotnego spaginowania stron 789—847, nie istnieją s. 788 i 848.

### WYPISY

Anni **1778** continuatio

Die 18 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1378] str. 3. *Litterae edictales pro visitatione generali* [2].

D. 1 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1379] s. 4. *Deputatio ad conscribendum statum Collegiatae.* Ad conscribendum modernum statum Ecclesiae Collegiatae praesentis pro imminenti visitatione generali, secundum interrogatoria Capitulo a Celsissimo Principe nuper transmissa, deputantur praeter pilres Bonorum [3] et Cau-

---

[1] Piotr Śladecki m.in. notariusz kapitulny w latach 1796—1809.

[2] *Wizytacja gen. kolegiaty przez Antoniego Kazimierza Ostrowskiego h. Grzymała, m.in. arcybpa gnieźn. i prymasa w l. 1777—1784.*

[3] *Bartłomiej Łukaszewicz m.in. kanonik łow. w l. 1765—1780.*

sarum [4] procuratores pilris canonicus Żeliński [5], Kontowski [6] et Rybiński [7]. Quod attinet fundos et curias singulas, unusquisque dominorum capitularium proprii fundi proventum et curiae suae statum describi et sic descriptum supranominatis dominis deputatis reddi curabit.

[1380] s. 4—5. [*Apparatus apud episcopum Bajer* [8]]. Litteras responsorias ab ilmo Bajer episcopo Culmensi et Pomesaniae Capitulum recepit. Quibus relectis informatum de morte pilris Lipiński olim iudicis surrogati Gedanensis [9], qui ex commisso Capituli praesentis recepturus erat apparatus ab eodem ilmo [a] Episcopo ad Ecclesiam Collegiatam pertinentes, censuit deputandos pilrem rmum Szaniawski cu[*s. 5*]stodem [10] et Rybiński canonicum ad rmum dnum Siemieński Congregationis Missionis visitatorem [11] cum postulato, quantum velit per litteras missivas obligare rdum Superiorem Domus Missionis Gedanensis [12] ad recipiendos dictos apparatus de manibus ilmi episcopi Culmensis. In cuius manus scriptum reversale super dictos apparatus Capitulo serviens consignare pilres rmi deputati facultatem habebunt.

D. 14 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1381] s. 5. *Innotescentiales pro futura visitatione.*

D. 12 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1382] s. 10. *Prorogatio visitationis.*

Diebus 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1383] s. 17—18. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis [*s. 18*] tam anteacti capituli generalis, quam subsequentium partialium, Perillustres Domini eadem ratihabuerunt.

[1384] s. 19—20 (10 Dec.). *Saepimenta residentiae ilris Notarii* [13]. Reverendissimum Capitulum, reassumendo anteacta sua decreta, commisit pilri Procuratori Bonorum, quatenus saepimenta ad curiam [*s. 20*] ilris Notarii Capitularis de novo reaedificet.

[1385] s. 20. *Constitutiones Regni emendae.* Constitutiones Regni ab anno 1764 ad annum currentem inclusive datas, tum Codicem Zamoyscianum pilri Causarum Procuratori sumptu massae Capituli comparandas praesens capitulum committit.

[1386] s. 25—26 (11 Dec.). *Relatio deputatorum ad conscribenda inventaria bonorum Capituli.* Ilmus Przedwojewski episcopus Bolinensis [14] cum pilri Kamieński canonico [15], ad describenda inventaria bonorum men-

---

[a] *Skrót występujący dwa razy.*

[4] *Stefan Szeliski m.in. kan. łow. w l. 1766—1790.*

[5] *Ignacy Żeleński (Żeliński) h. Prawdzic, m.in. kan. łow. w l. 1753—1787.*

[6] *Jan Kontowski m.in. kan. łow. w l. 1759—1780.*

[7] *Filip Jakub Rybiński h. Radwan, m.in. kan. łow. w l. 1769—1791, surogat łow.*

[8] *Andrzej Ignacy Bajer h. Leliwa, m.in. biskup chełmiński w l. 1758—1785, dawn. kan. łow.*

[9] *Antoni Marcin Szur Lipiński m.in. surogat gdański zm. w 1774 r.*

[10] *Tomasz Szaniawski h. Junosza, m.in. prał. kustosz łow. w l. 1765—1780.*

[11] *Siemieński h. Leszczyc wizytator czyli prowincjał Księży Misjonarzy w Polsce.*

[12] *Superior Zgrom. Ks. Misjonarzy w Gdańsku.*

[13] *W dalszym ciągu ks. Franciszek Nikorowicz.*

[14] *Antonin Korneliusz Przedwojewski h. Odrowąż, kapucyn, później biskup tyt. bolineński, audytor prym. Podoskiego, kan. łow. w l. 1769—1793.*

[15] *Tomasz Kamieński h. Jastrzębiec, m.in. kan. łow. w l. 1770—1807.*

sae Capituli deputatus retulit, quomodo ipsi personaliter ad eadem bona condescenderunt ac inventaria tam villarum cum colonis illarum, casis, dationibus et laboribus, quam praediorum cum seminationibus, aedificiis, animalibus, supellectili et omnibus proventibus conscripserunt. Quod attinet praedium in Jeziorko [16], ibi allodia in fundamentis et parietibus ob vetustatem sui putrefacta nova sui exaedificatione, prata rubetis obruta ex[*s. 26*]tirpatione indigere. Quae inventaria pro imminenti visitatione generali parata ac descripta producturum se promisit.

[1387] s. 27. *Liber fundationum.* Ad revidendum librum fundationum absolvendarum deputandi habebit facultatem capitulum partiale.

D. 19 Decembris, in capitulo partiali ordinario:

[1388] s. 27. *Liber fundationum.* Ad revidendum librum absolvendarum et connotandarum in ecclesia praesenti ex fundationibus benefactorum missarum deputatur pilris Kamieński canonicus, cum relatione Capitulo facienda.

**1779**

Die 9 Ianuarii, in capitulo partiali ordinario:

[1389] s. 28—29. *Commissio ad revidenda iura possessorum advocatiarum Ducatus Łoviciensis et Archiepiscopatus Gnesnensis.*

D. 20 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1390] s. 33. *Litterae ab ilmo eppo Culmensi ratione apparatuum transmissorum Torunium.* Litteras ab ilmo episcopo Culmensi ad Capitulum directas Perillustres Domini relegerunt. In quibus, quoniam ilmus Episcopus exprimit apparatus a Capitulo suo commodatos, tum alios proprios albi coloris cum peculio quindecim aureorum in recompensam pro Sacristia Ecclesiae Collegiatae praesentis Torunium transmisisse, ibique in Monasterio Deodicatarum Virginum Ordinis S. Benedicti sub custodia ilris Rafleski dictarum monialium poenitentiarii [17] depositos esse instareque, quatenus Ven. Capitulum pro iisdem recipiendis indilate aliquem expediat, cum ilrem Rafleski in morbum incidisse constat. Proinde Capitulum praesens litteras ad ilrem Rafleski consignandas decrevit cum postulatione, ut in manus emissariorum consulto a V. Capitulo Torunium expeditorum dictos apparatus cum annexo peculio extradere dignetur; tum epistolam ad ilmum Episcopum dirigendam cum relatione de expedito iam pro recipiendo eiusmodi apparatu emissario et gratiarum actione pro oblato dono ecclesiae praesenti decrevit.

D. 23 Februarii, in capitulo partiali extraordinario:

[1391] s. 35—41. *Testamentum pilris rmi olim [Nicolai] Jaśkiewicz [canonici]* [18].

D. 6 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1392] s. 43. *Apparatus commodatos restituit et novos obtulit ilmus Bajer eppus Culmen.* Ilmus Bajer episcopus Culmensis apparatus post obitum celmi olim principis Komorowski [19] ecclesiae praesenti consigna-

---

[16] *Jeziorko wieś kapitulna k. Łowicza.*

[17] *O. Rafleski penitencjarz Benedyktynek w Toruniu.*

[18] *Mikołaj Jaśkiewicz m.in. kan. łow. w l. 1771—1779.*

[19] *Adam Ignacy Komorowski h. Korczak, dr ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1749—1759.*

tos et sibi olim commodatos, videlicet pluviale, casulam, gremiale, infulam, sandalia ex materia auro texta, necnon busaeum et pacificale argentea cum duabus tunicellis albis restituit; tum alium apparatum proprium albi coloris sericeum, argenteis floribus intextum, videlicet casulam cum dalmaticis et quotam quindecim aureorum hungar. pro Sacristia praesenti obtulit. Quae omnia a dicto ilmo Episcopo in manus pilris Rafleski Torunium transmissa et ab eodem per commissarium Capituli recepta, Łovicium advecta et totaliter reddita sunt. Quod Capitulum actis suis connotare mandavit.

[1393] s. 43—44. *Deputatio ad describendum inventarium curiae obitu pilris olim Jaśkiewicz derelictum.*

Diebus 25 Maii — 2 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1394] s. 61. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis, tum decretis reformationum ac decretis tam capituli generalis Festi Immaculatae Conceptionis, quam et [b] subsequentium partialium, eadem decreta Perillustres Capitulares ratihabuerunt.

[1395] s. 62 (26 Maii). *Supellex ecclesiastica.* Ad revidendum et verificandum inventarium supellectilis ecclesiasticae deputatur pilris canonicus Kontowski.

[1396] s. 63. *Liber connotandarum fundationum.* Libri, in quo obligationes missarum absolvi solitae connotantur, examinandi et revidendi committitur negotium pilri Kamieński canonico, qui negligentias admissas Capitulo suo deferet.

[1397] s. 68, 77 (28 Maii, 1 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum B. Łukaszewicz, causarum S. Szeliski*].

[1398] s. 74 (1 Iun.). *Documenta ad summam Szembekovianam restituenda.* Documenta a magco Kiełczewski Capitulo transmissa, ad causam cum gnosis Jastrzembowskie ratione summae trecentorum aureorum hungar. apud eosdem, celmi olim principis Christophori Szembek AG [20] propriae, haerentis et per eiusdem exsecutores testamenti ad pia opera destinatae, celmo Szembek episcopo coad. Plocensi [21] restituenda Capitulum pilri Causarum Procuratori commisit.

[1399] s. 79 (2 Iun.). *Ecclesiae status pro visitatione generali.* Dominis deputatis ad conscribendum statum ecclesiae pro imminenti visitatione generali additur rdus Notarius Capituli.

D. 19 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1400] s. 81—82. *Litterae innotescentiales pro visitatione generali.*

D. 3 Iulii [c], in capitulo partiali ordinario:

[1401] s. 82—83. *Caeremoniae circa ingressum Celmi Principis pro visitatione.*

D. 7 Iulii, in capitulo partiali extraordinario:

[1402] s. 84—90. *Visitatio generalis Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis [varia elementa].*

D. 24 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

---

[b] *Spójnik napisany dwukrotnie.*

[c] Iunii *błęd. akta.*

[20] *Krzysztof Antoni Szembek h. wlas. m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1739—1748.*

[21] *Krzysztof Hilary Szembek h. wlas. wtenczas koadiutor płocki, w l. 1785—1797 ordynariusz.*

[1403] s. 90. *Apparatus ecclesiae.* Pilris rmus Wiażewicz canonicus metrop. Gnesnensis et loci praesentis [22] notificavit per p. Żeliński canonicum, qualiter, praevio consensu successorum p.m. cels. Podoski [23], intendit apparatus ecclesiae a Capitulo commodatos reddere. Proinde Capitulum ad recipiendos praemissos apparatus potestatem eosdem recipiendi ac de receptis quietandi pilri rmo Zachariaszewicz Livoniae et loci praesentis canonico [24] dedit et concessit.

D. 31 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1404] s. 91. *Deputatio ad describenda onera fundationum.*

[1405] s. 92. *De documentis ex Archivo in originali non extradendis.* Providendo securitati librorum et documentorum capitularium, ne per extraditionem eorundem ex Archivo aliquo casu depereant, pilris rmus Custos, insistendo anterioribus decretis capitularibus, occasione praemissorum latis, intulit hanc suam diligentiam et actis praesentibus connotari petiit, quatenus nemini dicti libri et documenta in originalibus ex Capitulari extradantur. Sed si quis aliquod documentum habere ex Archivo intenderit, rdus Capituli Notarius per extractum authenticum extradere habeat facultatem, quod Capitulum ratihabuit.

[1406] s. 92. *Apparatus ecclesiae restituuntur.* Sacros apparatus ex Ecclesia Collegiata praesenti, iuxta regestrum specificatos, celmo olim principi Podoski AG commodatos pilris Venceslaus Wiażewicz canonicus Gnesnensis et Łoviciensis ad manus p. Zachariaszewicz canonici, excepta alba veste, quae nescitur quo casu deperiit, restituit. Quos rdus Jaramowski vicecustos Collegiatae praesentis [25] Łovicium advexit.

D. 18 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1407] s. 96—112. *Installatio pilris rmi Nowicki in coadiutoriam Custodiae* [26].

D. 6 Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[1408] s. 117—118. *Sebum ex Arce Łoviciensi — —*

Dieb. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1409] s. 121 (9 Dec.). *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum fundationum absolvendarum et connotari solitarum deputatur pilris Kamieński canonicus, cum relatione Capitulo facienda.

## 1780

Die 12 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1410] s. 134. *Ad obsigillationem rerum pilris bonorum procuratoris [Łukaszewicz moribundi] deputatio.*

D. 12 Februarii, in secundo capitulo partiali ordinario:

[1411] s. 135. *Designatio exsecutorum derelictarum rerum pilris Łukaszewicz.*

[1412] s. 136. *Deputatio ad calculum Bonorum et Massae* [27].

---

[22] *Wacław Wiażewicz h. Leliwa, dr teol. i ob. prawa, eks-jezuita, m.in. kan. łow. w l. 1771—1781.*

[23] *Gabriel Jan Podoski h. Junosza, dr ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1767—1777.*

[24] *Grzegorz Zachariaszewicz dr teol. i ob. prawa, eks-jezuita, m.in. kanonik łow. w l. 1779—1808, sufr. i prał. dziekan 1809—1814.*

[25] *Jakub Jaramowski młodszy w dalszym ciągu wicekustosz kolegiaty.*

[26] *Aleksander Nowicki m.in. prał. kustosz łow. w l. 1780—1800.*

[27] *Kasa kapitulna.*

[1413] s. 136. *Constitutio substituti Bonorum et Massae Capituli procuratoris [can. Rybiński].*

D. 26 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1414] s. 146. *Deputatio ad conscribendas res pilris Kontowski canonici* [*demortui*].

D. 9 Aprilis, in capitulo partiali extraordinario:

[1415] s. 159. *Fata pilris rmi Szaniawski custodis Łoviciensis.*

Diebus 16—20 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1416] s. 162. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis et subsequentium partialium, eadem Perillustres Domini ratihabuerunt.

[1417] s. 163 (17 Maii). *Deputatio ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem Ecclesiae Collegiatae praesentis deputatur pilris Siegel canonicus [28], cum relatione Capitulo facienda.

[1418] s. 163. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum missarum ex fundationibus absolvi et connotari solitarum deputatur pilris rmus Custos, cum relatione Capitulo facienda.

[1419] s. 164. *Electio Provisoris Domus Emeritorum Presbyterorum* [*Archidioecesis, Łovicii — can. Zachariaszewicz*].

[1420] s. 173 (19 Maii). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum et massae I. Rybiński, causarum S. Szeliski*].

[1421] s. 174—175 (20 Maii). *Relatio Deputati ad revisionem supellectilis ecclesiae.* Pilris Siegel canonicus ad revisionem inventarii supellectilis ecclesiasticae deputatus retulit omnia in bona conservatione reperisse. Crucem argenteam proceram Celmo Principi f.m.[29] ad scriptum eius manuale cum obligatione restituendi datam. Materiam adamascenam, praevio reversali ilmi Przedwojewski episcopi Bolinensis, pro contegendis parietibus hypocaustorum [s. *175*] primatialium in Seminario Łoviciensi commodatam. Argenteriam vero episcopalem Łubienianam [30] apud ilmum Przedwojewski exsistere, retulit. Pro qua relatione eidem gratiae actae.

[1422] s. 175. *Argenteria episcopalis Łubieniana.* Quoniam ilmus Przedwojewski argenteriam episcopalem Łubienianam acquirere affectat, super cuius venditione decretum Capituli de anno 1774 intercessit, proinde ad eandem, praevia taxatione, divendendam pilres Rybiński et Zachariaszewicz canonicos deputavit ac pretium in fabricam Capellae Wężykovianae convertendam decrevit.

D. 27 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[1423] s. 179. *Coemeterii exdivisio.*

D. 15 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1424] s. 183. *Diligentia Capituli occasione delineationis villarum villis capitularibus contiguarum.*

D. [2 Septembris], in capitulo partiali ordinario:

[1425] s. 186. *Canonico in negotio fundi abeunti praesentia conceditur.* Pilri rmo Wężyk canonico loci praesentis [31] in negotio decimae ex me-

---

[28] *Jan Siegel dr teol. m.in. kan. łow. w l. 1780—1801, prał. prepozyt 1801—1822.*

[29] *Arcybp Ostrowski — jak przyp. 2.*

[30] *Władysław Aleksander Łubieński h. Pomian, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1759—1767.*

[31] *Wojciech Wężyk h. Wąż, m.in. kan. łow. w l. 1752—1789.*

dietate villae Złaków Borowy [32] ad se pertinentis, et ex aliquibus agris certi grani denegatae, Varsaviam pro facienda diligentia proficiscenti, et ut sibi dies quinque sub absentia sui, tamquam in causa fundi abeunti, praesentiae connotentur postulanti, praesens capitulum postulationi eiusdem annuit per praesentes.

Dieb. 8—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1426] s. 192. *Inchoatio capituli.* Perillustres Rmi Dni Capitulares supra in actis memorati, exaudito missae sacrificio de Spiritu Sancto per ilrem Capituli **Notarium** de more celebrato et per Venerabile Collegium Vicariorum Cantu Gregoriano decantato, ad Conclave peragendorum capitulorum destinatum congregati, invocato S. Spiritus auxilio per antiphonam consuetam, ac praevio per pilrem rmum capituli Praesidentem [33] solito circa inchoationem capitulorum sermone, acta sua pro aperta declararunt.

[1427] s. 192. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis capituli anteacti generalis et subsequentium partialium, eadem praesens capitulum ratihabuit.

[1428] s. 194—195 (9 Dec.). *Praescribitur modus complendi summas Montis Pietatis Decreto Commissoriali diminutas.*

[1429] s. 195. *Deputatio ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem Ecclesiae Collegiatae praesentis deputatus est pilris rmus Gembarth canonicus [34].

[1430] s. 195. *Liber fundationum.* Ad revidendum librum absolvendarum et connotandarum missarum deputatus est pilris Kamieński canonicus.

[1431] s. 196 (11 Dec.). *Relatio Deputati ad revidendum librum fundationum.* Pilris Kamieński canonicus, ad revidendum librum fundationum deputatus, omnes obligationes missarum clero huius Collegiatae incumbentes absolvi, easdemque ordinate connotatas reperisse, retulit.

[1432] s. 196. *Officia Vicecustodis.* Officia per Vicecustodem Collegiatae praesentis obeunda, ex anterioribus decretis capitularibus colligenda et adinstar ordinationis conscribenda, eidem intimare futurum capitulum generale sibi reservavit.

[1433] s. 199—200. *Ordinatio funeralium constituitur.* Cum accidentia a sepultura in sepulcris Collegiatae praesentis fabricae eiusdem et **Sacristiae**, in coemeterio S. Leonardi Praeposito loci pro fabrica eiusdem ecclesiae hucusque cedebant: ideo praesens capitulum circa participationem accidentium, quae colligentur a sepultura parochianorum in coemeterio noviter [1780 a.] post Kierchow assignato, tam fabricam Collegiatae, quam rdum Vicecustodem et ilrem Praepositum S. Leonardi [*s. 200*] manutenendos censuit. Et propter bonum ordinem eadem accidentia, quae a villanis et a civitatensibus per rdum Vicecustodem recipientur, in carbonam specialiter ad id destinatam deponenda et singulis semestribus in tres aequales partes distribuenda decernuntur. Quod autem spectat exportationes et vigilias, hae, ut moris erat, Collegio Vicariorum reservantur,

---

[32] *Złaków Borowy k. Łowicza, wieś uposażeniowa kan. Wężyka.*
[33] *Prał. kustosz Nowicki — jak przyp. 26.*
[34] *Józef Gembarth eks-jezuita, m.in. kan. łow. w l. 1780—1812, sufr. gnieźn. 1814—1821.*

sine quorum scitu nemo sepulturam parochianorum peragere poterit.

[1434] s. 201 (12 Dec.). *Relatio Deputati ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Pilris rmus Gembarth metrop. Gnesnensis et loci praesentis canonicus, ad revidendam supellectilem ecclesiae deputatus, retulit omnia iuxta inventarium et regestrum revidisse, et crucem argenteam portatilem Cels. Principi olim commodatam restitutam esse. Quod attinet argenteriam episcopalem Łubienianam, hanc apud ilmum Przedwojewski eppum Bolinensem haerere, quam incontinenti idem ilmus Episcopus restiturum se Capitulo, declarat.

[1435] s. 203. *Residentia Notarii.* Reparatio residentiae rdi Notarii Capituli pilri Bonorum Procuratori commendatur.

## 1781

Die 10 Februarii, in capitulo partiali ordinario:

[1436] s. 207. *Descriptio obligationum Collegiatae in ordine reductionis iniuncta.*

D. 10 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1437] s. 208. *Res ecclesiae commodandae.* Pannos, candelabra viliora et alia requisita pro funere magci Łączyński vexilliferi Gostinensis in Kiernozia [35] celebrando accommodanda Capitulum pilri Procuratori commisit.

D. 12 Maii, in capitulo partiali ordinario:

[1438] s. 220. *Consensus Capituli pro aedificando Hospitali [Presbyterorum] Emeritorum in areis Rdorum Praebendariorum Stae Crucis.*

Diebus 5—11 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1439] s. 222. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis capitularibus et decretis reformationum Szembecianis et Gembicianis, tum decretis capituli generalis anteacti et subsequentium partialium, eadem praesens capitulum ratihabuit.

[1440] s. 222 (6 Iun.). *Inventarium ecclesiasticum.* Ad revisionem supellectilis ecclesiasticae deputatur pilris Siegel canonicus.

[1441] s. 223—224. *Ordinatio exsequiarum pro parochianis.* Decretum ordinationis funeralium anno praeterito, die 11 Decembris in capitulo generali Immaculatae Conceptionis BVM latum, capitulum praesens elucidando declarat Rdos Vicarios posse et debere officia defunctorum, conductus et missas praesente cadavere in ecclesia sive Collegiata praesenti, sive S. Leonardi pro affectatione sepelientium decantare et pro eiusmodi exsequiis et missis stipendia ad eosdem pertinere, in quo ilris praepositus S. Leonardi eosdem nullatenus praepedire valebit, dum et quando devotionem funebrem in Ecclesia S. Leonardi Rdis Vicariis peragere contigerit. [*s. 224*] Quod autem attinet sacros apparatus, candelas, vinum et alia accessoria, de his omnibus rdus Vicecustos providebit, videlicet unum vel binos apparatus nigri coloris ex **Thesauro** Collegiatae separabit et ad Ecclesiam S. Leonardi pro usu ibidem Rdorum Vicariorum pro semper applicabit. Pariter ceram et vinum ac alia necessaria subministrare obligatur, salva tamen portione a sepelientibus ad **Sacrarium** pro eiusmodi necessitatibus tempestive accipienda.

---

[35] *Antoni Łączyński h. Kościesza; Kiernozia wieś par. na północ od Łowicza.*

[1442] s. 224. *Ad librum absolvendarum fundationum deputatio.* Ad revidendum librum absolvendarum missarum in Collegiata praesenti deputatur pilris Tarnowski canonicus [36], cum relatione Capitulo facienda.

[1443] s. 224. *Imago BV Mariae Cels. Principi oblata.* Imaginem BV Mariae in Caelos Assumptae, Romae pictam, aureos hungar. centum viginti constantem, quae in **Thesauro** Ecclesiae hucusque conservabatur, capitulum praesens Celsissimo Principi f.m. pro decore Ecclesiae Parochialis in Skierniewice, a fundamentis per eundem Celmum Principem ex solido muro erectae, dono obtulit.

[1444] s. 230, 234 (8, 9 Iun.). [*Procuratores in annum sequentem electi: causarum S. Szeliski, bonorum I. Rybiński*].

[1445] s. 233 (9 Iun.). *Honorarium Notario Capituli.* Pro praestito in conficiendo calculo Bonorum auxilio ilri Notario Capituli aureos [hungar.] quinque Capitulum assignavit.

[1446] s. 235—236. *Consensus* [d]*Capituli Collegii Praebendariorum S. Crucis ad Ecclesiam Collegiatam Łoviciensem*[d] *in exstructionem Domus Emeritorum in areis Praebendariorum S. Crucis.*

D. 14 Iulii, in capitulo partiali ordinario:

[1447] s. 238. *Constituitur plenipotens magcus Głowacki ad recipiendas summas ab ilmo eppo Kijovien.* Ad recipiendas summas de manibus ilmi et rmi dni Francisci Candidi Ossoliński episcopi Kijoviensis et Czernichoviensis, Ordinum Aquilae Albae et S. Stanislai equitis [37], tam originalem quattuor millium florenorum polon. residaum ex maiori summa decem millium flor. polon., scripto eius manuali Łovicii sub die vigesima mensis Novembris anno millesimo septing septuag. tertio Venerabili Capitulo Łoviciensi assecurata, quam censualem iuxta liquidationem, in seorsivo scripto exstantem, flor. polon. mille quadringenti viginti efficientem, praesens capitulum magcum Ioannem Cantium Głowacki vicecapitaneum Łoviciensem, Iudiciorum Primatialium notarium [38] in suum verum, legitimum et indubitatum plenipotentem constituit, ordinat et inscribit eidemque ad effectum praefatas summas recipiendi et levandi scriptum in originali suo in manus persolventis restituendi et, si opus fuerit, de perceptis et levatis etiam officiose quietandi plenariam facultatem et potestatem dedit et concessit per praesentes.

Dieb. 8—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1448] s. 248 (10 Dec.). *Lectio statutorum et decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum ac capituli generalis anteacti necnon subsequentium partialium, eademmet Perillustres Domini ratihabuerunt.

[1449] s. 250 (11 Dec.). *De ordine tenendo in stallis.*

[1450] s. 251. *Commissio Boni Ordinis in Civitate Łowicz.*

[1451] s. 252. *Liber fundationum.* Ad revidendum librum absolvendarum et connotandarum obligationum missarum deputatur pilris Kamieński canonicus.

---

d—d Capituli *akta.*

36 *Józef Tarnowski h. Rola, kan. łow. i prepoz. tamt. Kol. Psalterzystów w l. 1756—1788.*

37 *Franciszek Salezy Kandyd Ossoliński h. Topór, dr teol. eks-franciszkanin, m.in. biskup kijowski i czernichowski w l. 1774—1783.*

38 *Jan Kanty Głowacki h. Prus I, notariusz i wicestarosta łowicki prym. Ostrowskiego.*

[1452] s. 252. *Inventarium Curiae Custodialis.*

[1453] s. 256 (13 Dec.). *Negotia Procuratoris Causarum.* Indolet praesens capitulum super aegritudine pilris rmi Szeliski procuratoris causarum. Cum vero negotia iurium perurgant vindicationem causarum tam censualium, quam aliarum diversarum et sedulam attendentiam in permultis subselliis, proinde hocce praesens capitulum generale obligat pilrem Franciscum Nikorowicz canonicum [honorarium] et **secretarium** Capituli, quatenus sub tempus debilitatis eiusdem pilris rmi Szeliski procuratoris omnia negotia procuratorem eundem concernentia, vigore praesentis decreti cum facultate speciali et potestate omnimoda hic inserenda et Procuratoribus Causarum attribui solita, compleat et exsequatur.

[1454] s. 256. *Modus suppletionis muneris procuratorialis.* Eidem pilri Nikorowicz canonico [hon.] et **secretario** Capituli Massa Capitularis expensas viales et iuris providebit. Cui etiam gratificatio in futuro capitulo generali Festorum Pentecosten per Capitulum determinanda spondetur.

[1455] s. 257. *Relatio deputationis ad librum fundationum.* Pilris Kamieński canonicus, functus officio deputationis suae, librum absolvendarum et connotandarum missarum se revidisse obligationibusque missarum, Clero Minori incumbentibus, satisfieri, retulit.

[1456] s. 257. *Dies deputationis.*

## 1782

Die 2 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1457] s. 266. *Commendatur inchoatio fabricae Capellae S. Victoriae.*

Diebus 21—29 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1458] s. 270 (22 Maii). *Relectio statutorum et decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis capituli praeteriti generalis necnon subsequentium partialium, eademmet Perillustres Domini ratihabuerunt.

[1459] s. 270—281. *Decretum reformationis.* Decretum reformationis ex visitatione generali Collegiatae praesentis [5 sequ. diebus Iulii a. 1779 facta], a Cels. Principe Archiepiscopo Gnesnensi feliciter moderno [Skiernieviciis 10 Maii 1782 Capitulo datum], per manus pilris rmi Zachariaszewicz canonici metrop. Gnesnensis et Loviciensis transmissum, capitulum praesens cum debita, qua par est, reverentia receptum, incontinenti ad eius relectionem procedendum censuit. Cuius tenor sequitur et est talis [39].

[1460] s. 282 (23 Maii). *De egressu ex Conclavi proponentium.*

[1461] s. 282. *Revisio Sacrarii.* Ad revidendam supellectilem ecclesiasticam et cum inventario verificandam deputatus pilris canonicus Kamieński.

[1462] s. 283 (24 Maii). *Translatio devotionis ex Collegiata ad Ecclesiam S. Leonardi* [*ob actualem fabricam Capellae S. Victoriae*].

[1463] s. 284. *Commissio Boni Ordinis in Civitate Łowicz.*

[1464] s. 287 (25 Maii). *Deputatio ad librum fundationum.* Ad reviden-

[39] *Dekret ref. arcybpa Ostrowskiego, zachowany w kilku kopiach, opublikowałem w dziele Statuty świetnej kapituły w Łowiczu (ABMK t. 44: 1982 s. 364—374). Ponieważ jego treść nie odnosi się bezpośrednio do niniejszej tematyki, nie ekscerpuję z niego punktów.*

dum librum connotandarum fundationum deputatus pilris Turowski canonicus [40], cum relatione Capitulo facienda.

[1465] s. 288. *Deputatio ad causam erectionis Domus Emeritorum Presbyterorum.*

[1466] s. 288. *De relationibus in scripto porrigendis.* Ut Capitulum in omnibus negotiis suis pleniorem pro tempore et in futurum possit habere notitiam, decrevit, quatenus tam a pilbus Capituli procuratoribus, quam et aliis personis capitularibus de negotiis sibi commissis relationes in scripto, succincte quoad essentiam rei redactae porrigantur et in Acta Capituli ingrossentur.

[1467] s. 288. *Deputatio ad descriptionem obligationum missarum.*

[1468] s. 290—291 (28 Maii). *In casum adventus Serenissimi Regis ordinatio.* Adventum ser. regis Stanislai Augusti [41] speratum ad Civitatem Łowicz capitulum praesens debitis caeremoniis [*s. 291*] iuxta praescriptum Ritualis obeundum decrevit, omnesque personas capitulares et clerum Civitatis praesentis de eodem notificando censuit.

[1469] s. 291. *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Pilris Turowski canonicus ad infrascripta deputatus retulit se librum absolvendarum et connotandarum ex fundationibus in Collegiata praesenti missarum revidisse ac in eodem libro obligationes Collegiorum et Altaristarum, Capellanorum adimpletas et annotatas ordinate adinvenisse. Circa quam relationem exposuit postulatum Altaristae S. Iosephi pro solutione provenientium sibi ex bonis Siejkowice [42] censuum. Cui Capitulum deferendo censum exinde iuxta ordinationem die 23 factam exsolvendum commendavit.

[1470] s. 291. *Relatio ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Pilris Kamieński canonicus, ad revidendam supellectilem ecclesiasticam deputatus, retulit eandem se revidisse. Ad quam unam tabellam argenteam ad Altare S. Ioannis [Nepomuceni] oblatam accessisse. Ex votivis vero minutioribus in Altari S. Crucis quondam appensis aliquot in restaurationem argentei lebetis ad usum aquae lustralis conversum esse. Quem accessum et decessum praesens capitulum in inventario ecclesiastico annotandum esse censuit.

[1471] s. 291—292. *Summae ex Monte Pietatis et ex Thesauro Capituli pilri rmo Zachariaszewicz commodandae [pro fabrica Domus Emeritorum Presbyterorum].*

[1472] *Donativum ilri Notario.* Pro iuvamine in negotiis Capituli per ilrem Notarium praestari solito praesens capitulum eidem aureos decem ex Massa exsolvendos determinavit.

[1473] s. 297 (29 Maii). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Rybiński, causarum S. Szeliski*].

D. 22 Iunii, in capitulo partiali ordinario:

[1474] s. 304. *Visitatio Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis per Ser. Stanislaum Augustum regem Poloniae.* Ser. Stanislaus Augustus rex Poloniae et magnus dux Lithvaniae Ecclesiam hanc Collegiatam Łoviciensem [feria tertia] die 18 mensis Iunii anno Domini 1782, regni vero sui decimo octavo visitavit. In quam a Capitulo et clero tam collegiali, quam ex Se-

---

[40] *Antoni Turowski m.in. kan. łow. w l. 1781—1825.*

[41] *Stanisław August Poniatowski król Polski w l. 1764—1795.*

[42] *Siejkowice wieś w danym brzmieniu obecnie nie istniejąca.*

minarii Łoviciensis congregato processionaliter in assistentia regia et concursu Civitatis scholarum a maiori porta coemeterii introductus, praemissa ante Capellam Smi Corporis Christi oratione circa cantum cleri. Omnes et singulas in eadem capellas, epitaphia, statuas, imagines, inscriptiones attente perlustravit et examinavit. Cuius visitationis memoriam his in actis relinquendam Capitulum censuit.

[1475] s. 304. *Inscriptio fundatorum Capellae S. Victoriae.* Ad memoriam largitatis fundatorum et benefactorum Capellae S. Victoriae in Ecclesia hac Collegiata Łoviciensi posteritati relinquendam, inscriptionem infrapositam in tabula marmorea a latere ingressus eiusdem capellae infigenda exarari Capitulum decrevit: Capellam hanc a tribus archiepiscopis Gnesnensibus adornatam, scilicet a Iacobo Uchański[43] ex lapide dolato a fundamentis erutam, a Henrico Firlej[44] sacris exuviis divae virginis et martyris Christi Victoriae dotatam, a Matthia Łubieński[45] intra altari marmoreo decoratam, extra aere bracteato tectam, Caietanus Sołtyk episcopus Cracoviensis[46] testandae gratitudinis [e]erga hanc ecclesiam[e], cuius olim canonicus fuerat, in hunc, qui videtur, splendorem innovari fecit anno Domini 1782.

D. 28 Iunii, in capitulo partiali [ordinario]:

[1476] s. 306. *Imago Ioannis Casimiri regis visitantis reliquias S. Victoriae.* Quoniam ilmus Przedwojewski episcopus Bolinensis, nota ad Capitulum porrecta, enuntiat commissum sibi esse a Sacra Regia Maiestate, quatenus de consensu Capituli praesentis imago super superliminare Capellae S. Victoriae sita, repraesentans historiam visitationis reliquiarum huius Divae Virginis Martyris per ser. regem Ioannem Casimirum[47] Varsavium Suae Maiestati ad videndum transmittatur, salva eiusdem in natura sua copia ex omniparte simili restitutione, quod idem ilmus Episcopus seorsivo scripto assecurat. Proinde Capitulum praesens imaginem praefatam ad transmittendum S. R. Maiestati Varsaviam extradendam decrevit per praesentes.

D. [19] Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1477] s. 312. *Deputatio ad describendam curiam fundi medietatis Złaków Kościelny*[48].

[1478] s. 312. *Deputatio ad revisionem horti pilris Rybiński canonici.*

Dieb. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1479] s. 314 (9 Dec.). *Lectio statutorum et decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum capituli generalis immediati Festorum Pentecosten ac subsequentium partialium, eademmet Perillustres Domini ratihabuerunt.

[1480] s. 315 (10 Dec.). *Ad descriptionem obligationum et fundationum deputatio.* Ad conficiendam descriptionem omnium obligationum in anniversariis et missis absolvendis tam Capitulo, quam Clero Minori huius Collegiatae incumbentium, cum suis stipendiis, in ordine lucrandae re-

e—e ergo huic ecclesiae *akta.*

43 *Jakub Uchański h. Radwan, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1562—1581.*

44 *Henryk Firlej h. Lewart, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1624—1626.*

45 *Maciej Łubieński h. Pomian, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1641—1652.*

46 *Kajetan Ignacy Sołtyk h. własn. dr ob. prawa, m.in. biskup krakowski w l. 1759—1788.*

47 *Jan Kazimierz Waza król Polski w l. 1648—1668.*

48 *Złaków Kościelny k. Łowicza, wieś uposażeniowa jednej z kanonii.*

ductionis onerum deputatur, praeter ilrem Notarium, pilris Siegel canonicus, cum relatione in capitulo partiali facienda.

[1481] s. 315—316. *Deputatio ad descriptionem curiarum.* In satisfactione decreto reformationis Cels. Principis f.m. anno [*s. 316*] currenti pro Collegiata praesenti lato, ad revisionem curiarum omnium cum suis adiacentiis deputantur pilres Kamieński et Siegel canonici. Quibus committitur accurata descriptio status praesentis curiarum et quod in unaquaque curia et aedificiis adiacentibus reparatione indigeat indigetatis, cum plena informatione in scriptis Capitulo danda vigore praesentium.

1783

Die 15 Martii, in capitulo partiali ordinario:

[1482] s. 326. *Moneta non currens in Monte Pietatis.*

D. 5 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1483] s. 328. *Cera pro cereo Paschali a Civitate pondere Vratislaviensi recipienda.*

D. 12 Aprilis, in capitulo partiali ordinario:

[1484] s. 329—330. *Consensus Capituli in creationem canonici honorarii Łoviciensis.*

Diebus 10—17 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1485] s. 333. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis Festi Immac. Conceptionis et subsequentium partialium, eadem Perillustres Domini ratihabuerunt.

[1486] s. 334 (11 Iun.). *Inventarium ecclesiae.* Ad revidendum supellectilem ecclesiasticum Collegiatae praesentis deputatus est pilris Turowski canonicus, cum relatione Capitulo moderno generali facienda.

[1487] s. 335—336 (12 Iun.). *Summarum originalium Montis Pietatis completio et pignorum divenditio decernitur.*

[1488] s. 344 (16 Iun.). *Cera pro cereo Paschali a Magistratu Łoviciensi exsoluta.*

[1489] s. 345 (17 Iun.). *Relatio de supellectili Ecclesiae* [*Collegiatae*] *et Hospitali S. Leonardi.* Pilris Tarnowski canonicus [49], ad revisionem supellectilis Collegiatae praesentis deputatus, se librum descriptae supellectilis sacrae relegisse et verificasse cum rdo Vicecustode ecclesiae retulit. Pauperes quoque in Hospitali S. Leonardi degentes visitasse ipsosque omnia ad victum necessaria recipere adinvenisse, retulit.

[1490] s. 345—349. [*Reductio onerum missalium Collegiatae (de licentia Apostolica) per administratorem Archidioecesis Gasparum Szajowski episcopum Larandensem et suffr. Łoviciensem* [50] *facta, Skierneviciis 16 VI 1783*].

[Inter p. 346 et 347 continentur non paginatae 9 **tabellae** obligationum missalium eiusdem Collegiatae, pro reductione porrectae].

[1491] s. 350. *Relatio de numerato peculio in Thesauro Capituli remanente.* Ilmus et rmus dnus Przedwojewski episcopus Bolinensis, ca-

---

[49] *Prawdopodobnie notariusz pomieszał obie relacje, albowiem 11 czerwca 1783 r. do rewizji inwentarza kolegiaty wyznaczono kan. Turowskiego, natomiast kan. Tarnowskiego tylko do Kościoła i Szpitala Św. Ducha (akta s. 334).*

[50] *Kasper Szajowski h. Sulima, dr ob. prawa, m.in. sufragan i prał. dziekan łowicki w l. 1782—1802.*

nonicus Łoviciensis cum pilri adm. rdo Ioanne Siegel canonico ad recipiendum calculum Bonorum deputatus retulit omnem pecuniam in calculo remanentem tam Bonorum, quam Fabricae ecclesiae, tum Massae Wężykovianae et originalium in Aerario Capituli numeratam esse et realiter exsistere.

[1492] s. 349, 351. [*Procuratores in annum sequentem electi: causarum S. Szeliski, bonorum I. Rybiński*].

[1493] s. 351. *Donativum ilri Notario Capituli.* Pro iuvamine in negotiis Capituli et calculo Bonorum per ilrem adm. rdum Notarium Capituli eidem aureos decem exsolvendos Capitulum decrevit.

D. 4 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1494] s. 359—360. *Reparatio Capellae Wężykovianae perfecta.*

[1495] s. 360. *Dealbatio capellarum et planatio pavimenti ecclesiae.*

D. 25 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1496] s. 361. *Consecratio Altarium Smi Corporis* [*Christi*] *et S. Victoriae* [*12 X 1783 per eppum Przedwojewski*].

D. [19] Novembris, in capitulo partiali ordinario:

[1497] s. 362. *Imago ecclesiae restituta.* Quoniam imago ser. olim Ioannis Casimiri regis Poloniae visitantis reliquias S. Victoriae VM in capella Ecclesiae Collegiatae praesentis reconditas, anno praeterito ad Aulam Regiam, praevio scripto reversali ilmi Przedwojewski episcopi Bolinensis, de eadem restituenda transmissa, iam actu ecclesiae huic est restituta, hinc scriptum reversale memoratum ilmo Przedwojewski eppo Bolinen. reddendum Capitulum censuit.

Dieb. 8—16 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1498] s. 365 (9 Dec.). *Consolatio primarum Vesperarum.*

[1499] s. 366 (10 Dec.). *Desideria Commissionis Boni Ordinis et deputatio ad eandem.*

[1500] s. 371—372 (12 Dec.). *Relatio Deputatorum ad Commissionem Boni Ordinis.*

[1501] s. 372. *Deputatio ad revisionem fistulae aquaticae.* Ad peragendam revisionem fistulae aquaticae Civitaviensis exparte olim sumptu Capituli comparatae, adpraesens destructae, et inquirendum de quantitate sumptus qualis ad eius reparationem totalem necessario requiratur, deputatus est pilris canonicus Bonorum Procurator, cum relatione Capitulo, etiam partiali, facienda.

[1502] s. 377—378 (15 Dec.). *Dispositio anniversariorum.*

[1503] s. 378—384 (16 Dec.). *Dispositio officiorum pro defunctis et missarum anniversariarum, fundationalium in Ecclesia Insigni Collegiata Łoviciensi per Rmum Capitulum et Ven. Collegium Vicariorum* [*ac alia Collegia*] *decantandarum, vigore facultatum Apostolicarum, ab Officio Ordinario anno 1783 die 16 mensis Iunii ad numerum viginti novem et missas lectas octodecim, ratione census florenorum 1341 grossorum 28½ reductorum facta* [*tabellariter*]. Zob. nr [1535].

[1504] s. 385. *Ordinatio missarum legendarum per Dominos Septimantes.*

[1505] s. 385—386. *Ordinatio Cursus Beatae.*

[1506] s. 386. *Deputatio ad descriptionem residentiarum Collegii Stae Crucis et Rorantistarum.*

[1507] s. 386. *Thesaurus Komorovianus.* Thesaurum Komorovianum

pro aedificatione et reparatione Domus Praebendariorum Stae Crucis, vigore erectionis eiusdem collegii ex portione census a summa Komoroviana de bonis Koźminek[51] provenientis ordinatum, praesens Capitulum sub seorsivo suo capite in rationali connotandum et ad proportionem reducti census constituendum decrevit.

[1508] s. 387—388. *Descriptio [tredecim] curiarum et reparationes iniunctae.*

[1509] s. 389. *Donativum Notario Capituli.* Pro opera ilris adm. rdi Notarii Capituli circa descriptionem onerum Ecclesiae Collegiatae praesentis praestita eidem aureos decem ex Massa exsolvendos Capitulum decrevit.

## 1784

Diebus 1—7 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1510] s. 390 (2 Iun.). *Deputatio ad revisionem supellectilis ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem ecclesiasticam deputatur pilris Thomas Kamieński canonicus Łoviciensis, cum relatione in capitulo generali moderno facienda.

[1511] s. 390—391. *Deputatio ad revisionem libri fundationum.* Ad revidendum librum missarum ex fundatione absolvendarum depu[*s. 391*]tatur pilris adm. rdus dnus Thomas Kamieński canonicus Łoviciensis, cum relatione capitulo moderno generali facienda.

[1512] s. 391. *Deputatio ad revisionem fundorum Praelatorum et Canonicorum.*

[1513] s. 394 (3 Iun.). *Committitur rdo Caeremoniario attendentia celebrationi missarum.*

[1514] s. 401 (4 Iun.). *Thesaurus Komorovianus.* Quamprimum census de bonis Koźminek vindicati fuerint, Thesaurum Komorovianum ad tenorem erectionis Praebendariorum Stae Crucis, praevia refusione Massae Capituli quota intercessa in salaria Praebendariorum, Capitulum constituendum decrevit.

[1515] s. 403 (5 Iun.). *[Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Rybiński, causarum S. Szeliski].*

[1516] s. 406. *Relatio Deputati ad inventarium ecclesiae.* Pilris Kamieński canonicus, ad revidendam supellectilem ecclesiasticam deputatus, produxit inventarium eiusdem Ecclesiae Collegiatae praesentis et Capitulum suum tam de iis, quae ad supellectilem sacram de novo accesserunt, quam quae reparata, deteriorata usu et ad capellam in Boczki[52] extradita sunt, plenarie informavit.

[1517] s. 406. *Donativum rdo Notario.* Pro labore circa calculationem proventuum bonorum per rdum Notarium Capituli sui praestito eidem more solito aureos decem dandos Capitulum decrevit.

[1518] s. 407. *Descriptio parochiae.* Descriptio Parochiae Collegiatae praesentis, conformiter ad quaestiones in processu a Sede Ordinaria[53] edito expressas, committitur Collegio Vicariorum per praesentes.

---

[51] *Koźminek (wtedy) miasto pod Kaliszem.*

[52] *Boczki wieś z kaplicą publ. w par. kolegiackiej.*

[53] *Przysłane ze Skierniewic przez adm. archidiec. Szajowskiego, według wzoru ks. Czajkowskiego (zob. przyp. 62), do mapy Królestwa Polskiego.*

[1519] s. 407—408 (7 Iun.). *Descriptio geographica villarum Parochiae Łoviciensis V. Collegio Vicariorum commendatur.* Ut ad tenorem quaestionum in processu Officii Ordinarii, in ordine descriptionis civitatum et villarum ad ecclesias parochiales spectantium edito contentarum, Ven. Collegium Vicariorum responsa, quae attinent Parochiam Collegiatae praesentis, in scriptis quantocius [*s. 408*] parari curet, Capitulum praesens eidem Collegio commendandum censuit per praesentes.

Die 31 Iulii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1520] s. 411—412. *Emptio librorum resolutionum Consilii Permanentis.* [*s. 412*] Libros resolutionum Consilii ad latus Sacrae Regiae Maiestatis Permanentis emendos Capitulum decrevit.

D. 14 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1521] s. 412. *Litterae mortem ilmi eppi Kijovien. denuntiantes.* Relectis litteris pilris Siegel canonici, quibus denuntiat ilmum Ossoliński episcopum Kijoviensem Lublini recenter fati cessisse ac quidnam in hoc casu sibi delegato ad vindicandam ab eodem summam Capitulo debitam faciendum sit, dispositionem Capituli exquirit. Capitulum praesens per pilrem Rybiński canonicum commisit, quatenus a processu formando adinterim abstineat.

D. 21 Augusti, in capitulo partiali ordinario:

[1522] s. 413. *Relatio pilris Siegel canonici de fatis ilmi Ossoliński eppi Kijovien.* Pilris Siegel canonicus, ad promovendam causam ratione summae ab ilmo Ossoliński episcopo Kijoviensi Capitulo debitae deputatus, retulit obvenientibus fatis memorati ilmi Episcopi vertens scriptum reversale Actis Castrensibus Varsaviensibus ad ingrossandum obtulisse, quo in originali capitulariter producto, idem Archivo praesenti restituit.

[1523] s. 413. *Libri resolutionum Consilii Permanentis empti.* Libros binos resolutionum Consilii ad latus Sacrae Regiae Maiestatis Permanentis, ex dispositione Capituli emptos, pilris Siegel canonicus ad Bibliothecam Capitularem comportavit.

D. 18 Septembris, in capitulo partiali ordinario:

[1524] s. 415. *Fata celmi Ostrowski archiepiscopi Gnesnensis [26 Augusti, Parisiis].*

D. 2 Octobris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1525] s. 417—418. *Ad vigilandum descriptioni inventariorum Ducatus Łoviciensis deputatio.*

D. 30 Octobris, in capitulo partiali ordinario:

[1526] s. 419—420. *Obitus ilmi Karski decani Łoviciensis* [54].

[1527] s. 420—421. *Delegatio ad cels. principem Nominatum archiepiscopum Gnesnensem* [55].

Dieb. 8—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1528] s. 431 (9 Dec.). *Relectio statutorum et decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis et subsequentium partialium, Capitulum praesens eadem ratihabuit.

[1529] s. 432. *Descriptio parochiae.* Ad perficiendam descriptionem parochiae praesentis, conformiter ad quaestiones in processu Sedis Ordi-

---

[54] *Jan Karski h. Jastrzębiec, m.in. sufr. gnieźn. i prał. dziekan łowicki w l. 1773—1784.*

[55] *Michał Jerzy Poniatowski h. Ciołek, brat królewski, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1785—1794.*

nariae olim emanato expressas, Capitulum praesens pilrem Ignatium Żeliński et Franciscum Nikorowicz notarium Capituli sui deputavit per praesentes.

[1530] s. 432. *Ad revisionem curiarum deputatio.* Ad revisionem curiarum Praelatorum et Canonicorum Ecclesiae Collegiatae praesentis considerandumque, utrum reparationes, decreto capituli generalis Festi Immac. Conceptionis B.V. Mariae anno praeterito lato, iniunctae per respectivos earundem curiarum possessores exsecutae sint necne, ac in quo ulteriori reparatione singulae indigent describendum, Capitulum praesens pilres adm. rdos Thomam Kamieński et Ioannem Siegel canonicos, cum relatione in futuro capitulo generali facienda, deputavit vigore praesentium.

[1531] s. 433. *Revisio fundorum Praelatorum et Canonicorum.* Reassumpto decreto capituli generalis immediati in hac materia lato, ad revisionem fundi praeposituraе Popów [56] in locum ilmi Karski decani demortui pilrem rmum Nowicki custodem et Capituli Notarium Capitulum praesens deputavit.

[1532] s. 433 (10 Dec.). *Liber fundationum.* Ad revidendum librum missarum ex fundatione absolvendarum et connotandarum deputatur pilris Siegel canonicus.

[1533] s. 436—439 (11 Dec.). *Descriptio summarum, censuum et onerum Altaris et Confraternitatis S. Ioannis Nepomuceni.*

[1534] s. 439. *Relatio ad librum fundationum Deputati et ordinatio missarum reductarum et absolvendarum.* Pilris Siegel canonicus, ad infrascripta ex capitulo moderno generali deputatus, retulit se librum absolvendarum et connotandarum ex variis fundationibus missarum revidisse ac Collegia Cleri Minoris et Altaristas obligationes missarum antiquo more absolvere ex eo, quod ordinationem sui Capituli, vigore reductionis onerum a Sede Ordinaria nuper emanato, factam sibi in scriptis communicatam non habeant. Qua relatione exaudita Capitulum praesens eiusmodi ordinationem absolvendarum missarum ad tenorem reductionis describi et in **Sacristia** Minoris Cleri appendi censuit, cuius tenor sequitur. Zob. nr [1535].

[1535] s. 440—443. *Ordinatio missarum fundationalium in Ecclesia Insigni Collegiata Łoviciensi per clerum decantandarum et legendarum, vigore facultatum Apostolicarum ab Officio Ordinario anno 1783 die 16 mensis Iunii reductarum, facta a. 1784 d. 11 m. Decembris.* Por. nr [1503].

**1785**

Die 18 Martii, in capitulo septimanali [ordinario]:

[1536] s. 450—470. *[Ingrossatio duodecim documentorum ad Suffraganeatum et Decanatum Łovicienses episcopi Szajowski pertinentium].*

Diebus 17—23 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1537] s. 472 (18 Maii). *Deputatio ad revidendum inventarium ecclesiasticum.* Ad revidendam supellectilem Collegiatae praesentis deputatur pilris Antonius Turowski canonicus.

[1538] s. 474—476 (19 Maii). *Revisio [duodecim] curiarum et reparatio.*

[56] *Popów wieś w parafii kolegiackiej.*

[1539] s. 482 (20 Maii). *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri fundationum adimplendarum deputatur pilris canonicus Kamieński, cum relatione Capitulo facienda.

[1540] s. 484—485 (21 Maii). *Relatio ad revidendum librum fundationum Deputati.* Pilris adm. rdus dnus Thomas Kamieński canonicus Łoviciensis, ad infrascripta a Capitulo praesenti deputatus, retulit se librum absolvendarum ex vi fundationum in Ecclesia Collegiata [s. *485*] Łoviciensi missarum revidisse easdemque a Collegiis, Altaristis et Capellanis persolutas et connotatas adinvenisse, praeter obligationes missarum ad Altare S. Liborii, quas nullibi, quod persolvantur, connotatas esse adinvenit.

[1541] s. 486, 489 (21, 23 Maii). *[Procuratores in annum sequentem electi: causarum S. Szeliski, bonorum I. Rybiński].*

[1542] s. 487—488 (23 Maii). *Conflatio monetae falsae etc.* Florenos 116 et grossos 15 in moneta falsa Polonica; tum florenos 94 in moneta falsa Prussica; tum detrimentum [s. *488*] in proventu pro alitibus ex anno 1778 annotatum florenos 137 gr. 12; ac denique quotam florenorum 64 commodatam laborioso Iosepho Barlak in emptionem bovis. Summam florenorum 411 efficientem post fata olim pilris Łukaszewicz p. Rybiński canonico, munus procuratoris Massae suscipienti, pro remanenti pecunia in rationali libro inscriptam, sibi vero non traditam, Capitulum praesens eandem detruncandam ex remanenti Massae censuit. Pariter et decessum in moneta falsa Polonica in florenis 107 ab anno 1780 ad annum currentem ex variis proventibus collecta. Memoratos vero florenos Polonicales 107 in falsa moneta, tum alios florenos 46 et gr. 24 exsistentes in Massa cum dubiis et erroribus in calculationibus, sint materia eosdem conflandi et in usum ecclesiae convertendi, Capitulum pilri Bonorum Procuratori dedit facultatem.

[1543] s. 489. *Relatio Deputati ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Ad capitulum hebdomadale differtur.

D. 6 [t] Augusti, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1544] s. 495. *Deputatio ad salutandum Cels. Principem Primatem.*

D. 8 Augusti, in capitulo hebdomadali extraordinario:

[1545] s. 496—497. *Obitus pilris rmi Kaszowski archidiaconi Łoviciensis* [57].

[1546] s. 497—514. *[Testamentum eiusdem praelati Kaszowski].*

D. 13 Augusti, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1547] s. 515. *In adventum Ser. Regis et Cels. Primatis concio per canonicum habenda decernitur.*

[1548] s. 515. *Ex occasione adventus Ser. Regis illuminatio turrium et coemeterii ecclesiae fieri decernitur.*

D. 27 Augusti, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1549] s. 517. *Plateae Canonicalis laternis illuminatio.*

D. 17 Septembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1550] s. 520. *Caeremoniale circa primum ingressum Celmi Principis Primatis Regni.*

[1551] s. 521—522. *Ceremoniał pierwszego przybycia J.O. Xcia Jmci*

---

[t] *7 błęd. akta.*

[57] *Stanisław Kaszowski h. Janina, dr teol. m.in. kan. kaznodz. łow. od r. 1759, prał. archid. w l. 1774—1785.*

*Prymasa do miasta Łowicza i wstępu do tamtejszej kolegiaty [poniedz. 26 września].*

D. 24 Septembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1552] s. 525. *Devotio absque expositione Sanctissimi [in] festo S. Michaëlis [dies onomastica Primatis].*

[1553] s. 525. *Concio [can. Zachariaszewicz pro can. Gembarth].*

[1554] s. 525—526. *Ratione servandi caeremonialis circa Regium adventum deputatio.*

[1555] s. 526. *Deputatio ad Cels. Principem cum gratulatione [onomastica] et missa votiva decernitur.*

D. 1 Octobris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1556] s. 526—527. *Primus ingressus Celmi Principis Primatis ad Civitatem et Ecclesiam Collegiatam Łoviciensem [27 Sept., relatio].*

[1557] s. 528—529. *Adventus Łovicium ser. regis Stanislai Augusti [27—30 Sept., descriptio].*

D. 3 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1558] s. 531—533. *Installatio pilris rmi Felicis Wodziński — — ad Archidiaconatum Łoviciensem*[58].

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1559] s. 543. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis et subsequentium partialium, eadem Capitulum ratihabuit.

[1560] s. 543. *De tempore inchoationis capituli generalis Festi Immac. Conceptionis B.V. Mariae.*

[1561] s. 547—548 (12 Dec.). *Deputatio ad revisionem fundorum.* Anteriora decreta Capituli, quibus ad revisionem fundorum Praeposituræ pilris rmus Custos cum Notario, Decanalis pilris Żeliński, Custodiae p. Kamieński et canonicatus S. Ioannis p. rmus Gembarth sunt deputati, reassumuntur et effectuatis [*s. 548*] eorundem praesumittitur.

[1562] s. 548. *Deputatio ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem Ecclesiae Collegiatae praesentis deputatur pilris rmus Iosephus Gembarth ecclesiarum metrop. Gnesnensis et loci praesentis canonicus, cum relatione in futuro capitulo generali facienda.

**1786**

Diebus 7—12 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1563] s. 570. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis et subsequentium capitulorum partialium, eadem decreta Capitulum ratihabuit.

[1564] s. 570. *Deputatio ad revisionem inventarii ecclesiae.* Ad revisionem supellectilis ecclesiasticae Collegiatae praesentis deputatus est pilris adm. rdus Thomas Kamieński canonicus Łoviciensis, cum relatione sub tractu moderni capituli generalis facienda.

[1565] s. 571. *Revisio fundorum.* Quoad revisionem fundorum perficiendam reassumuntur decreta anteactorum capitulorum generalium.

---

[58] *Feliks Wodziński h. Jastrzębiec, dr teol. i ob. prawa, m.in. prał. archid. łow. w l. 1785—1812.*

[1566] s. 581 (10 Iun.). *[Procuratores electi in annum sequentem: causarum S. Szeliski, bonorum I. Rybiński].*

[1567] s. 583 (12 Iun.). *Relatio ad revidendam supellectilem ecclesiae Deputati.* Pilris adm. rdus dnus Thomas Kamieński canonicus Lovicziensis, ad revidendam supellectilem Ecclesiae Collegiatae praesentis deputatus, retulit se eandem revidisse et, producto libro inventarii ecclesiastici, docuit insuper de rebus, quae ab ultima revisione eiusdem supellectilis anno praeterito peracta ad diem praesentem accesserunt et decesserunt. Quo audito Capitulum praesens eidem pilri Deputato pro peracta revisione et relatione gratias egit.

[1568] s. 585. *Deputatio ad revisionem libri fundationum.* Ad revisionem libri peragendarum ex fundatione missarum deputatur pilris Kamieński canonicus, cum relatione in futuro capitulo generali facienda.

[1569] s. 587. *Honorarium Notario Capituli.* Pro labore in calculo proventuum bonorum Massae Capituli per ilrem Notarium Capituli praestito eidem aureos decem dandos Capitulum censuit.

Die 17 [g] Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1570] s. 589—590. *De devotione Festo Smi Corporis Christi per Cels. Principem in Collegiata praesenti peracta.*

[1571] s. 590. *Quotam florenorum 150 pro locatione militum [Polonicorum] solvendam Capitulum determinavit.*

D. 30 Septembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1572] s. 599. *De missa votiva ante Comitia Regni celebranda.*

[1573] s. 599. *Duo candelabra argentea ad Altare S. Victoriae reformanda.* Ad duo candelabra argentea Altaris S. Victoriae formas duas, in quibus sex candelae defigi possunt, astruendas et ex argento quattuor marcarum quarta, quod ex conflata moneta falsa pilris Rybiński canonicus et bonorum Capituli procurator ex Thesauro Massae in praesenti capitulo ad manus rdi Vicecustodis extradidit, conficiendas Capitulum censuit.

Dieb. 9—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1574] s. 604. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Ex relectis statutis et decretis reformationum, tum decretis anteacti capituli generalis et subsequentium capitulorum partialium, elenchus tractandorum sub tempus capituli generalis moderni conscriptus.

[1575] s. 606 (11 Dec.). *Deputatio ad revisionem et verificationem inventarii supellectilis ecclesiasticae.* Ad revisionem et verificationem inventarii supellectilis Ecclesiae Collegiatae praesentis Capitulum praesens pilres rmos Iacobum Rybiński, Gregorium Zachariaszewicz et Ioannem Siegel canonicos deputavit iisdemque commisit, ut tam de necessitate sacrorum apparamentorum, quibus opus erit, quam de modo comparationis ipsorum seu reformationis plenarie suum capitulum futurum generale informare dignentur.

[1576] s. 606. *Crux comparanda ad Altare S. Victoriae.* Crucem parvam argenteam comparandam et Altari S. Victoriae applicandam Capitulum censuit.

[1577] s. 609. *Deputatio ad librum fundationum et libros metrices.* Ad revidendum librum ex fundatione in Ecclesia Collegiata absolvendarum et connotandarum missarum deputatus est pilris Kamieński canonicus.

---

[g] *7 błęd. akta.*

Cui revisionem librorum metrices baptisatorum, copulatorum et mortuorum huius Ecclesiae Collegiatae perficiendam Capitulum commisit, cum relatione suo Capitulo facienda.

1787

Die 3 Februarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1578] s. 615—616. *Summa 4000 florenorum polon. ab ilri magco Ossoliński [succamerario Mielnicensi, fratris p.m. eppi Kijoviensis, debitoris Capituli] levata, in rem Domus Emeritorum exsolvitur.*

D. 31 Martii [in capitulo partiali ordinario]:

[1579] s. 619. *Exsolvenda quota flor. polon. 150 [pro expensis in locationem Łovicii militum].*

D. 7 Aprilis [in capitulo partiali ordinario]:

[1580] s. 621. *Commissum pilri Siegel canonico.* Pilri adm. rdo dno Siegel canonico Gedanum proficiscente Capitulum praesens praecommisit coëmptionem **vini** ad usum Ecclesiae Collegiatae, quam et rerum, principaliter vero vulgo g a l o n y, iuxta regestrum sibi a pilri Procuratore dandum, necessariarum ad **apparatus** sacros. Eidemque praesentiam spatio unius mensis connotandam decrevit per praesentes.

Diebus 29 Maii — 6 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1581] s. 622. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relectis statutis et decretis reformationum ex visitatione Collegiatae praesentis per cels. olim principes archieppos Gnesn. Laurentium Gembicki, Stanislaum Szembek, Antonium Ostrowski peracta latis, tum decretis capituli generalis immendiati praecedentis ac subsequentium particularium, nonnullas materias ex iisdem publicantes in capitulo generali moderno tractandas iterum Perillustres Rmi Domini Capitulares decreverunt.

[1582] s. 625 (30 Maii). *[Fragment korespondencji Kapituły z Arcybiskupem, w którym poleca ona swojego notariusza]* — — Już to rok trzynasty jak na urzędzie sekretarza Kapituły chwalebnie i pracowicie kościołowi tutejszemu zasługuje się J.X. Franciszek Nikorowicz, mąż z[e] swych pożytecznych dla kościoła usług i do ich[h] zdatności zupełnej doświadczony. Nagrodzić mu zasługi jego przeszłe i przywiązać go do kościoła tutejszego pożytków na przyszłość sprawiedliwie byśmy powinni. Ale że żadnej z tutejszych kanonii nie mamy w naszym szafunku, przeto go przychylnemu do tutejszego kościoła i Kapituły sercu Pańskiemu i jak najłaskawszym względom J.O.W. Xcej Mci Pana Dobrodzieja jak najpokorniej polecamy — —

[1583] s. 628 (31 Maii). *Deputatio ad revisionem supellectilis ecclesiae.* Quoad deputationem ad revidendam supellectilem ecclesiasticam reassumptum est decretum sub die 11 mensis Decembris anni 1786 latum.

[1584] s. 630. *Determinatur quantum a Dominis Capitularibus nomine cappalium pro Sacristia solvendum.* Attenta laudabili consuetudine in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, praecipue vero Metropolitana Gnesnensi obserwata in providendo ampliori fundo pro comparandis apparatibus sacris et provisione utensilium ecclesiae, Capitulum praesens abhinc a neo in gremium Capituli accedentibus Dominis, videlicet Suffraganeo

h nich *akta.*

et Episcopis, qui pluribus utuntur apparamentis pro dignitate sui status, nomine cappalium aureos nummos viginti, ab aliis Praelatis aureos quindecim, a Canonicis vero gremialibus aureos decem, a honorariis aureos sex, salvis reliquis solitis expensis ad aureos quattuordecim ascendentibus exigendos et cicra installationem solvendos esse censuit per praesentes.

[1585] s. 631. *Deputatio ad revisionem curiarum.* Ad revisionem curiarum, iuxta decretum reformationis Ostrovianum, peragendam Capitulum praesens pilres rmos Ignatium Żeliński et Iacobum Rybiński canonicos deputavit.

[1586] s. 631. *Sanctissimum in pyxide ad altaria minora numquam transferendum.*

[1587] s. 632 (1 Iun.). *De capitulis septimanalibus feria quinta celebrandis.* Capitulum praesens faciliorem congressum Dominorum pro capitulis hebdomadalibus feriis quintis post Sacrum Lipscianum peragendis agnoscendo, abhinc capitula septimanalia non diebus sabbati, prout hactenus erat consuetudo, sed feriis quintis post Sacrum Lipscianum finitum, prout est moris in Capitulo Metropolitano Gnesnensi, peragenda decrevit.

[1588] s. 632. *Confraternitas Misericordiae [eius in Collegiata innovatio].*

[1589] s. 633. *Schola organariorum [Łovicii per Primatem condenda].*

[1590] s. 635. *[Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Rybiński, causarum S. Szeliski].*

[1591] s. 636. *Subvenitur Thesauro Caeci augendo.* Subveniendo uberiori fundo pro expensis Fabricae et Sacristiae, tum aliis in subsequens tempus gravioribus necessitatibus ecclesiae, Thesaurum Caeci Capitulum praesens ampliandum decrevit et in hunc finem portiones aequales pecuniarias nomine consolationum, inter praesentes capitulis generalibus distribui solitas, etiam ad Thesaurum Caeci annuatim reponendas Capitulum pilri canonico Massae Capituli Procuratori commisit.

[1592] s. 637—638 (2 Iun.). *Delegatio ad revisionem fundorum.* Ad faciendam revisionem describendumque statum et inventarium fundorum Dominorum Praelatorum et Canonicorum, videlicet fundi Popów — Praepositurae pilrem rmum Alexandrum [*s. 638*] Nowicki custodem, fundi Maków [59] — Decanatus pilrem rmum Felicem Wodziński et Ignatium Żeliński, unius absentia non obstante, fundi Bąków [60] — Custodiae pilrem Thomam Kamieński, fundi Wola Tarnowska [61] pilrem Żeliński, fundi S. Ioannis Baptistae pilrem rmum Gembarth canonicos Łovicienses Capitulum praesens deputavit, cum relatione in futuro capitulo generali pro Festo Immac. Conceptionis B.V. Mariae celebrando facienda.

[1593] s. 642 (6 Iun.). *Deputatio ad revidendum librum fundationum.* Ad faciendam revisionem libri fundationum absolvendarum deputatus est a Capitulo praesenti pilris adm. rdus Antonius Turowski canonicus Łoviciensis, cum relatione in capitulo hebdomadali facienda.

D. 21 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1594] s. 644. *Decernitur solutio pro zonis aureis, argenteis et sericeis.* Pro emptis ex commisso sui Capituli ad apparatus sacros Ecclesiae Col-

[59] *Maków wieś par. k. Skierniewic.*
[60] *Bąków wieś par. pod Łowiczem.*

legiatae praesentis zonarum ex filis aureis textarum ulnis 191 et argenteis 149½, tum sericeis ulnis 150 in summa aureos 74 grossos 4½, ut ex testimoniis scripto datis ipsorum mercatorum constat, provenientes in manus pilris Siegel canonici ex Thesauro **Sacristiae** exsolvendos Capitulum censuit, eidemque praesentiam spatio unius mensis pro praestito hoc obsequio connotandam decrevit.

D. 3 Novembris, in capitulo hebdomadali extraordinario:

[1595] s. 648. *Litterae recommendatitiae favore ilris Capituli Notarii.* Recedente tam pilris rmi Szeliski canonici, ob infirmitatem suam a capitulo absentis, quam et ilmi Przedwojewski episcopi Bolinensis, Łovicii in suis residentiis degentium, Perillustres Rmi Capitulares praesentes, occasione canonicatus Łoviciensis obitu pilris olim Żeliński vacantis, litteras recommendatitias ad vacantem canonicatum favore ilris Capituli sui Notarii ad Cels. Principem f.m. — — dirigendas decreverunt.

D. 15 Novembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1596] s. 649. *Litterae responsoriae Celmi Principis in negotio ilris Notarii Capituli.* Receptae sunt litterae responsoriae a cels. principe Poniatowski archiepiscopo — — ad Capitulum directae, quibus Sua Celsitudo Primatialis expressit capacitatem et merita rdi Nikorowicz, a tredecim annis notarii Capituli sui, habere in memoria. Et cum de praebenda canonicali obitu olim pilris Żeliński vacante iam ante receptionem litterarum sui Capituli pilri Czajkowski [62], de Sua Celsitudine et dioecesibus bene merito, provisum sit, proinde ad vacaturas praebendas rdi Nikorowicz promotionem sibi reliquisse.

D. 29 Novembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1597] s. 655—656. *Descriptio fundationum et proventuum hospitalium sub inspectione Capituli exsistentium.* Pilris rmus Zachariaszewicz metrop. Gnesnensis et Łoviciensis canonicus retulit Capitulo praesenti, quia ipsum nomine Suae Ilmae Celsitudinis Primatialis ilmus Żórawski canonicus cath. Cracoviensis et Varmiensis, decanus Varsaviensis, Causarum Curiae Suae Ilmae Cels. Primatialis auditor [63] litteris suis missivis requisivit, quatenus descriptionem fundationum et redituum hospitalium Łovicii reperibilium confici et sibi transmitti faciat. Proinde in satisfactonem praemissorum postulavit a Capitulo [*s. 656*] praesenti descriptionem fundationum et proventuum hospitalium sub inspectione Capituli exsistentium. Et Capitulum praesens ad eundem effectum pilrem adm. rdum Rybiński canonicum et procuratorem, tum rdum sui Capituli Notarium deputavit, cum relatione in imminenti capitulo generali facienda.

Dieb. 10—20 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1598] s. 659. *Deputatio ad revisionem [quattuor] curiarum.*

[1599] s. 667 (12 Dec.). *Electio monitorum in foro charitativo.*

[1600] s. 668. *De expensis vialibus Procuratoris Causarum.*

[1601] s. 668. *De votis secretis in materia personam capitularem tangente.*

[1602] s. 668. *Confraternitas Misericordiae.* In ordine innovationis et, ad praescriptum processus Sedis Ordinariae emanati, constitutionis et in-

[61] *Tarnowska czyli Małęcka Wola w par. Brzeziny, wieś nie istniejąca.*

[62] *Franciszek Salezy Czajkowski h. Dębno, m.in. kan. łow. od r. 1787, prał. archid. w l. 1812—1820, kartograf.*

[63] *Krzysztof Żórawski h. Trząska, zasłużony kanonista zm. w 1808 r.*

troductionis Confraternitatis Misericordiae deputantur ex praesenti Capitulo pilres rmi Iacobus Rybiński et Gregorius Zachariaszewicz metrop. Gnesnensis Łovicienses canonici. Quibus necessaria ex **Archivo** Capituli documenta accipiendi de Clero Minori, quem voluerint in auxilium pro placito assumendi et omnia, quae ad praemissa exsequenda necessaria sibi visa fuerint, requirendi, peragendi, cum relatione etiam in capitulo hebdomadali datur et conceditur facultas per praesentes.

[1603] s. 668. *Electio Procuratoris Causarum [iurium — notarius Nikorowicz].*

[1604] s. 669. *De conscribendo libro summarum et censuum.* Decretum de conscribendo libro summarum et censuum, sub die prima mensis Iunii anno currenti latum, in toto reassumendum censuit Capitulum per praesentes.

[1605] s. 669. *Deputatio ad revidendum librum fundationum.* Ad revisionem libri absolvendarum et connotandarum ex fundationibus missarum deputatus est pilris rmus Adalbertus Wężyk canonicus Łoviciensis, cum relatione in partiali capitulo facienda.

[1606] s. 669. *Pro fabrica [per Archiepiscopum Łovicii erecta] 4000 flor. polon. consignatio.*

[1607] s. 672 (13 Dec.). *Relatio Deputati ad revisionem libri fundationum.* Pilris rmus Adalbertus Wężyk canonicus, ad revisionem libri absolvendarum et connotandarum missarum deputatus, retulit se eiusmodi librum revidisse in eodemque absolvi solitas ex fundationibus Ecclesiae Collegiatae praesentis missas connotatas adinvenisse praeter Fundationem Travinianam, quae ab aliquot iam annis per Rdos Vicarios non absolvitur. Qua relatione recepta Capitulum praesens indagationem eiusmodi fundationis, cum suis obligationibus et stipendiis capitulo etiam hebdomadali commisit, cum relatione et informatione in futuro capitulo generali facienda.

D. 27 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1608] s. 686. *Litterae ad cels. principem Archieppum Gnesnensem in negotio causae iuris caduci, tum creationis canonicorum honorariorum.* — — quibus etiam supplicandum Suae Cels. Primatiali, quatenus ex gratia sua adm. rdos Iosephum Śladecki vicepraepositum[64] et Iacobum Jaramowski **vicecustodem**, presbyteros de hac Collegiata bene meritos in canonicos honorarios Łovicienses creare pro assistendi ilmis Episcopis in gremio Capituli exsistentibus et pontificalia exercentibus dignetur, censuit per praesentes.

**1788**

Die 10 Ianuarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1609] s. 690. *Installatio pilris adm. rdi Iacobi Jaramowski vicecustodis ad canonicatum honorarium Łoviciensem.* Coram praesenti Capitulo Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis comparens personaliter ilris adm. rdus Iacobus Jaramowski eiusden Ecclesiae Collegiatae vicecustos, exhibitis litteris creationis sui ad canonicum honorarium eiusdem Insignis Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis, sibi a cels. ilmo excelmo — — Mi-

[64] *Józef Śladecki m.in. wiceprepotyt i kan. hon. **kolegiaty.***

chaële Georgio principe Poniatowski Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopo Gnesnensi — — Varsaviae die 27 mensis Decembris anno Domini 1787 datuatis et benigniter impertitis, manu eiusdem Cels. Principis subscriptis et sigillo communitis. Virtute earundem petiit se ad realem dicti canonicatus honorarii possessionem admitti et investiri, stallum in choro assignari. Quibus Capitulum praesens visis et lectis iisque cum debita, qua par est, reverentia susceptis, eundem ilrem adm. rdum Jaramowski in confratrem suum recipiendum et installandum censuit ac pro eadem installatione pilrem adm. rdum Iacobum Rybiński Łoviciensem canonicum deputavit. Qui taliter deputatus eidem ilri canonico creato, in facie cleri et popuuli ad Divina audienda congregati, stallum in choro a cornu Evangelii et locum in processionibus competentem assignavit. Ratione quorum omnium pacificae possessionis ilris Installatus iterum atque iterum quam sollemnissime protestatus est.

Diebus 13—19 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1610] s. 700—701. *Relectio statutorum, decretorum reformationum et decretorum anteacti capituli generalis et hebdomadalium.* [*s. 701*] Relectis statutis, tum decretis reformationum ac anteacti capituli generalis et subsequentium hebdomadalium, elenchum negotiorum et materiarum in capitulo moderno tractandarum Ilmi et Pilres Rmi Domini Capitulares conscribi fecerunt.

[1611] s. 701. *Delegatio ad revidendum inventarium ecclesiae.* Ad revidendum inventarium supellectilis ecclesiasticae Collegiatae praesentis deputati sunt pilres Antonius Turowski et Franciscus Czajkowski canonici Łovicienses, quibus committitur verificatio eiusmodi inventarii, annotatio accessus et decessus eiusdem supellectilis in libro inventarii, cum relatione suo Capitulo facienda.

[1612] s. 701. *Delegatio ad revisionem curiarum.* Ad revisionem curiarum Praelatorum et Canonicorum Collegiatae praesentis deputantur pilres adm. rdi Antonius Turowski et Franciscus Czajkowski canonici. Quibus committitur animadversio, utrum conditionibus reparationis per respectivos curiarum possessores adimpleri debitis satisfactum sit necne, cum relatione in futuro capitulo generali facienda.

[1613] s. 702 (14 Maii). *Delegatio ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem ecclesiae in locum pilris Czajkowski, delegatione ad Montem Pium Łoviciensem occupati, deputatur pilris rmus Wodziński archidiaconus Łoviciensis.

[1614] s. 702. *Deputatio ad revisionem fundorum praelaturarum et canonicatuum.* In hoc negotio decreta in anteactis capitulis generalibus lata in toto reassumuntur.

[1615] s. 704 (15 Maii). *De forma iuramenti legenda.* In exordio singulorum capitulorum generalium, circa recapitulationem statutorum huiusce Ecclesiae Collegiatae fieri solitam, quatenus formam iuramenti in iisdem statutis contentam per extensum et clara voce Capituli Notarius in praesentia Dominorum relegat, Capitulum praesens decrevit.

[1616] s. 704. *Relatio Deputatorum ad revidendum inventarium ecclesiae.* Pilris rmus Wodziński archidiaconus Łoviciensis, ad revisionem supellectilis ecclesiasticae deputatus, retulit se eandem supellectilem secundum librum inventarii sibi porrectum, quem capitulariter produxit, revidisse, sed argenteriam episcopalem, olim a cels. Łubieński primate huic

ecclesiae oblatam, in praemisso inventario descripto non adinvenisse, quam apud ilmum Przedwojewski episcopum Bolinensem ilris Vicecustos, absque ullo reversali super eadem sibi accommodata dato, a multis annis exsistere, cum scitu tamen Rmi Capituli, retulit.

[1617] s. 704—705. *Argenteria episcopalis ecclesiastica.* Argenteria episcopalis, olim a cels. Łubieński primate huic ecclesiae donata et ilmo Przedwojewski eppo Bolinen. par ilmum Vicecustodem ad usum extradita, quatenus [*s. 705*] in spatio duarum hebdomadarum recipiatur et ad supellectilem ecclesiasticam comportetur, Capitulum praesens demandavit.

[1618] s. 705. *Confraternitas Misericordiae [praeparationes ad institutionem].*

[1619] s. 706. *Deputatio ad revidendum librum fundationum.* Ad revidendum librum ex fundatione absolvendarum et connotandarum missarum deputatus est pilris rmus Wodziński archidiaconus Łoviciensis.

[1620] s. 707. *Tabella devotionum in choro [sacerdotali] appendatur.* In tabella, in qua officians describitur, devotiones cum interessentiis Dominorum currentis hebdomadae et mantoletorum usus pro vestitu chorali in certos dies determinatur, per rdum **Notarium** describantur.

[1621] s. 708, 714 (15, 17 Maii). *[Procuratores electi in annum sequentem: causarum F. Nikorowicz notarius, bonorum I. Rybiński].*

[1622] s. 711 (17 Maii). *De modo proponendi materias in capitulis tractandas.* Capitulum praesens unanimiter decrevit, ut praesentes Domini sessionibus capitularibus materias in iis tractandas verbotenus proponant, aut in lista describendas sui Rmi Capituli Praesidenti dictent. In scriptis tamen easdem porrigere legali infirmitate detentis vel a quibus id Capitulum postulaverit, licebit.

[1623] s. 711—712. *Manutentio statuti de ordine tenendo in stallo chori et loco in capitulo.*

[1624] s. 712. *Relatio de numerato remanenti in Thesauro peculio.* Pilris canonicus Siegel, ad calculum recipiendum ex proventibus Bonorum condeputatus, remanens peculium in Thesauro Capituli in toto adinvenisse et numerasse, retulit.

[1625] s. 718 (19 Maii). *Delegatio ad revisionem fundorum.* In satisfactionem decreto reformationis Ostroviano de revisionibus fundorum Praelatorum et Canonicorum lato, Capitulum praesens reassumendo anteriorum capitulorum generalium in hoc negotio decreta, ad villam Popów fundum Praepositurae pilres rmos Alexandrum Nowicki custodem et Felicem Wodziński archidiaconum, unius absentia non obstante; ad fundum Maków cum attinentiis — Decanatus pilrem rmum Gregorium Zachariaszewicz canonicum; ad fundum Bąków — Custodiae pilrem Kamieński canonicum; ad fundum villae Wola Tarnowska — canonicatus Tarnoviani pilrem Czajkowski canonicum; ad fundum canonicatus S. Ioannis Baptistae pilres rmos Archidiaconum, Siegel et Czajkowski canonicos, duorum absentia non obstante, delegavit. Iisdemque praemissorum fundorum descriptionem et inventarii confectionem, una cum obligationum singulis fundis annexarum specificatione, commisit, cum relatione futuro capitulo generali facienda.

D. 22 Maii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1626] s. 721. *Dimensuratio agrorum et delineatio in bonis Mensae Capituli.* Dimensurationem et delineationem agrorum et fundorum tam praedialium, quam cmethonalium in bonis Mensae Capituli, Capitulum praesens pilbus Rybiński bonorum procuratori et Czajkowski canonicis ad effectum deducere praecommisit.

D. 5 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1627] s. 722—728. *[Testamentum pilris olim Rochi Deriakubowicz canonici hon. Łoviciensis et psalteristae].*

[1628] s. 728. *Electio Vicenotarii Montis Pietatis [post p.m. can. Deriakubowicz — Iacobus Jaramowski can. hon., vicecustos, psalterista].*

D. 19 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1629] s. 739—740. *Deputatio in negotio areae pro Alumnatu Praeceptorum Scholarum Parochialium [per Primatem Łovicii instituti].*

Dieb. 9—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1630] s. 746. *Recapitulatio.* Relectis statutis, decretis reformationum atque decretis tam anteacti capituli generalis, quam et partialium capitulorum, eadem decreta Rmum Capitulum ratihabuit.

[1631] s. 749 (10 Dec.). *Argenteria episcopalis ecclesiae restituta.* Argenteriam episcopalem deauratam olim a cels. Łubieński archiepiscopo Gnesnensi huic Ecclesiae Collegiatae oblatam, impost ad usum ilmi Przedwojewski episcopi Bolinensis commodatam, secundum regestrum in toto in manus ilris Vicecustodis Ecclesiae Collegiatae restitutam sub die 8 mensis et anni currentium, Capitulum actis suis connotari mandavit.

[1632] s. 749. *Deputatio ad revisionem supellectilis ecclesiae.* Ad revisionem supellectilis Ecclesiae Collegiatae praesentis deputantur pilres rmi Franciscus Czajkowski et Paulus Jastrzębowski [65] canonici Łovicienses, cum relatione sub tractu capituli generalis moderni facienda.

[1633] s. 749. *Delegatio ad revisionem fundorum Praelatorum et Canonicorum.* Decretum in praeterito capitulo generali pro Festo Pentecosten die 19 Maii in hoc negotio latum in toto reassumendo, Capitulum praesens ad effectum deducendum esse censuit.

[1634] s. 750. *Delegatio ad revisionem curiarum.* Ad revisionem omnium et singularum curiarum Praelatorum et Canonicorum Ecclesiae Collegiatae praesentis expediendam Capitulum praesens pilrem rdum Antonium Turowski et rmum Paulum Jastrzębowski canonicos Łovicienses deputavit iisdemque commisit, quatenus, utrum reparationes in singulis curiis iniunctae per respectivos earum possessores adimpletae sint necne, verificent. In quo ulterioribus reparationibus singulae potissimum indigentes revideant, ac de praemissis capitulo futuro generali relationem in scriptis porrigant vigore praesentium.

[1635] s. 750—751. *Deputatio ad revidendum librum fundationum.* [*s. 751*] Ad revidendum librum ex fundationibus connotandarum et absolvendarum missarum in Ecclesia Collegiata praesenti deputatus est Iacobus Rybiński canonicus Łoviciensis, cum relatione in futuro capitulo generali [facienda].

[1636] s. 754 (11 Dec.). *Deputatio ad accordandum gratificationem gnoso Siarkiewicz geometrae.* Ante determinationem quotae pecuniariae gnoso Siarkiewicz geometrae pro dimensuratis agris praedialibus et villanis

---

[65] *Paweł Jastrzębowski (Jastrzembowski) h. Pobóg, dr teol. i ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1788—1813, oficjał gen. łow.*

bonorum capitularium, mapparumque delineatione offerendae, Capitulum praesens ad eundem dnum Geometram pilres rmos Rybiński, Czajkowski et Jastrzębowski canonicos deputavit iisdemque commisit, ut et ipsi intelligant, quantum pro dando et ponderato labore pro iustitia accordent, compactent quantum solvendum, cum relatione suo Capitulo facienda.

[1637] s. 762 (13 Dec.). *Relatio de compacto honorario pro dno Geometra et eius solutio determinata.* Summam aureorum hungar. octoginta per dnos Capituli Delegatos accordatam gnoso Siarkiewicz geometrae pro labore circa dimensionem bonorum capitularium praestito, quamprimum omnes mappas villarum capitularium conficiet et suo Capitulo tradet, exsolvendam Domini decreverunt.

[1638] s. 762. *Punctator constituitur.* Punctatoribus duobus ex pauperibus Hospitalis S. Leonardi sive **Sanctuariis** eligendis iisque iuratis, qui praesentias Dominorum in Ecclesia Collegiata connotabunt, pro salario florenorum polon. quinquaginta ex Massa Capituli dandos, Rmum Capitulum praesens assignavit.

[1639] s. 763. *Notarius ad integram consolationem admittitur ratione procuratoriatus gesti.* Gratificando expensas in substitutis ad explenda onera missarum per ilrem Capituli Notarium de proprio erogatas, quibus per se ratione procurae causarum Capituli gestae satisfacere nequit, Capitulum praesens eundem ad participationem aequalium cum Dominis Capitularibus consolationum admisit per praesentes.

## 1789

Die 22 Ianuarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1640] s. 767—772. *Testamentum pilris rmi olim [Adalberti] Wężyk canonici.*

Diebus 2—6 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1641] s. 799. *Deputatio ad inventarium ecclesiae.* Ad revidendum inventarium supellectilis ecclesiasticae deputatus est pilris Loga canonicus [66].

[1642] s. 799—800. *Deputatio ad revisionem curiarum.*

[1643] s. 801 (3 Iun.). *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum ex fundationibus connotandarum et legendarum missarum in Ecclesia Collegiata praesenti deputatus est pilris Loga canonicus Loviciensis.

[1644] s. 803—804. *Revisiones curiarum — — [quattuor].*

[1645] s. 806, 807 (4 Iun.). *[Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Rybiński, causarum (iurium) F. Nikorowicz notarius].*

[1646] s. 808—809. *Relatio Deputati ad revidendam supellectilem ecclesiae.* Pilris Loga canonicus, ad revisionem supellectilis ecclesiasticae deputatus, retulit se eandem integram revidisse ac cum libro inventarii eiusdem supellectilis verificasse. Et quoniam in cappae seu pluvialis ab ilmo Szaniawski cancella[*s. 809*]rio Gnesnensi, custode Loviciensi oblatae reparationem dalmaticas eiusdem materiae converti, ac velaminum ex altaribus depositorum et absque usu in asservatorio reconditorum in antependia reformari aut alios ecclesiae usus converti, ut ilri Vicecustodi

---

[66] *Ludwik Loga h. Topacz, m.in. kan. łow. w l. 1789—1822.*

liceat, facultatem sibi dari a Capitulo, exposcit. Capitulum praesens ad praemissa exsequenda consensum suum praebuit per praesentes.

[1647] s. 810—811. *Ex fundis suis Praelati et Canonici contributionem ofiara dictam solvent.*

[1648] s. 811. *Fundorum suorum Praelati et Canonici proventus descriptos paratos pro termino Commissionis habeant.*

[1649] s. 817 (5 Iun.). *Ad Sacristiam Cleri carbones pro hieme dentur.* Ad Sacristiam Cleri Minoris, ut carbones pro commodo tam cleri, quam et puerorum, sacrificiis missae assistentium, per tempus hiemale subministrentur ex Massa Sacristiae, Capitulum praesens decrevit.

[1650] s. 819 (6 Iun.). *Proventus suos Beneficiati circa Collegiatam ex tribus anis [1786—1788] Procuratoribus Capituli ante primam Iulii porrigant.*

D. 16 Iulii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1651] s. 830. *[Ad faciendam ordinationem fundationis Puerorum Bartholomaeitarum deputatus Zachariaszewicz canonicus*].

Dieb. 9—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1652] s. 836. *Deputatio ad conscribendum inventarium Advocatiae Skaratki* [67] *[Alumnorum Bartholomaeitarum].*

[1653] s. 839 (10 Dec.). *Revisio libri connotandarum missarum ex fundatione absolvi solitarum.* Revidendi libri connotandarum missarum, ex fundatione absolvi solitarum in Ecclesia Collegiata praesenti, ilmus Szajowski episcopus Larandensis, suffraganeus et decanus Łoviciensis munus in se suscepit.

[1654]) s. 839. *Connotatio missarum pro Benefactoribus et presbyteris intestatis, per dnos Septimanantes absolvi debitarum, in libro fundationum Dominis commedatur.*

[1655] s. 839. *Ingrossatio in Acta Capituli tabellarum proventuum bonorum Massae, fundorum Praelaturarum et Canonicatuum, Collegiorum et Beneficiatorum, tum summarum Ecclesiae Collegiatae praesentis decreta.*

[1656] s. 839—840. *Tabellas proventuum Massae Capituli, fundorum Praelaturarum et Canonicatuum, tum Collegiorum ac omnium Beneficiatorum Ecclesiae Collegiatae praesentis Commissionibus Palatinalibus in ordine constituendi et annuatim pendendi in Exercitum Reipublicae doni perpetui porrectas, et ab iisdem Commissionibus subscriptas, una cum tabella et classificatione omnium summarum Ecclesiae Collegiatae praesentis, Capitulum praesens Actis suis ingrossare mandavit. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Tabella wsi Mysłakowa* [68] *etc. Vide initio libri sequentis.*

[1657] s. 840. *Ad descriptionem summarie proventuum Collegiorum Ecclesiae Collegiatae praesentis deputatio.*

[1658] s. 840—842 (11 Dec.). *Relatio Deputatorum ad liquidationem proventuum Massae Bonorum Capituli in ordine pendendi doni perpetui in Exercitum Reipublicae.*

[1659] s. 842—844. *Relatio Liquidatorum proventuum a summis Ecclesiae Collegiatae, et quanti inde ad pendendum pro Exercitu Regni a Commissione Palatinali Terrae Sochaczoviensis assignati.*

---

[67] *Skaratki wieś w par. Domaniewice k. Łowicza.*
[68] *Mysłaków wieś kapitulna w par. Bednary.*

[1660] s. 844. *Modus intercedendi doni perpetui ad Aerarium Publicum pro Clero Minori Collegiatae praesentis ex Massa Capituli pro anno 1789 importandi, et eiusdem ex proventibus Cleri Massae Capituli restituendi praescribitur.*

[1661] s. 845. *Deputatio ad describendam listam omnium et singulorum pensionariorum a Rmo Capitulo.* Ad describendam listam annuae pensionis tam spiritualibus, quam saecularibus in officio ecclesiae, Capituli et eius bonorum ex Massa Capituli solvi solitarum, pilres Bonorum et Causarum Procuratores, cum obligatione in futuro generali capitulo pro Festo SS. Pentecosten celebrando confectam porrigendi, deputantur per praesentes.

[1662] s. 850 (12 Dec.). *Inventarium supellectilis capellae in Boczki describendum.*

## 1790

Die 28 Ianuarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1663] s. 855. *[Obitus G.I. Turski praepositi Łoviciensis*[69]*, 18 I].*

D. 4 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1664] s. 858—860. *Litterae Inclytae Commissionis Boni Ordinis et Civiliter-Militaris Terrae Gostinensis in negotio Commissarii de gremio Capituli Łoviciensis eligendi, et Rmi Capituli responsum.*

D. 26 Martii, in capitulo hebdomadali extraordinario:

[1665] s. 861—863. *Installatio ad Praeposituram Łoviciensem ilmi [Caietani] Sołtyk supremi Regni secretarii, canonici Cracoviensis*[70].

D. 20 Aprilis, in capitulo hebdomadali extraordinario:

[1666] s. 868. — — *Sequitur capitulum generale Festorum Pentecosten anni Domini 1790.*

---

[69] *Gabriel Józef Turski h. Rogala, m.in. prał. prepoz. łow. w l. 1776—1790.*
[70] *Kajetan Sołtyk h. własn. m.in. prał. prepoz. łow. w l. 1790—1800.*

## KSIĘGA CZTERNASTA

### OPIS

Skrócony tytuł nadany (przeze mnie, tu) — **Liber XIV: Acta actorum Venerabilis Capituli Insignis Collegiatae Loviciensis 1790—1806.**

Rozpoczynający księgę tytuł, zamieszczony na 1 s. karty ochronnej: Acta Capituli Insignis Collegiatae Łoviciensis ab anno 1790.

W opracowanym na przeł. XVIII/XIX w. przez ks. Śladeckiego [1] niepełnym wykazie zawartości niniejszej jednostki aktowej posiada ona następujący nagłówek: Index decretorum capitularium Insignis Collegiatae Łoviciensis libri undecimi, a die 25 Maii 1790 (s. 225).

Sygnatury:

Not. Śladeckiego umieszczona w lewym rogu nad tymczasowym tytułem: Liber 11$^{mus}$. Dla niego była to rzeczywiście jedenasta z kolei ocalała (realna) księga akt kapitulnych.

Sygn. późniejsza, z przeł. XIX/XX stulecia, znajdująca się w prawym narożniku nad tymże tytułem, prawie zatarta, idealna i prawidłowa brzmi: A. 1. 14.

Sygn. aktual. (moja, tutaj): AKŁ, ks. ideal. 14, real. 10.

Sygn. mikr. Ośrodka ABMK: 3526.

Okrągła tuszowa pieczęć z tekstem: Archiwum Akt Dawnych [i w środku:] Archid. Warsz., pochodząca przypuszcz. od ks. Witolda Maleja z ok. 1950 r., jest położona w pośrodku strony nad tytułem rozpoczynającym akta i na ost. k. ochr.

Księga in folio, stron zapisanych 652 + 6 czystych. Język łaciński, polski i niemiecki. Oprawa współcz. w makulaturę obciągniętą skórą brązową. Stan zachowania dobry.

### WYPISY

#### Anni **1790** continuatio

Diebus 25—29 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1667] str. 3 (26 Maii). *Deputatio ad revisionem supellectilis ecclesiasticae.* Ad revisionem supellectilis ecclesiastiae deputatus est pilris rmus Custos [2].

[1668] s. 3. *De dispensatione in monocularitate beneficiorum simplicium in Ecclesia Collegiata sub tempus visitationis generalis* [3] *procuranda.*

[1669] s. 4. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem absolvi et connotari solitarum fundationalium missarum deputatus est pilris rmus Archidiaconus [4].

---

[1] Piotr Śladecki m.in. notariusz kapituły w latach 1796—1809.

[2] *Aleksander Nowicki m.in. prał. kust. łow. w l. 1780—1800.*

[3] *Spodziewana wizytacja gen. kolegiaty przez Stefana Wojciecha Łubieńskiego h. Pomian, sufr. gnieźn., m.in. kan. łow. w l. 1766—1769.*

[4] *Feliks Wodziński h. Jastrzębiec, dr teol. i ob. prawa, m.in. prał. archid. łow. w l. 1785—1812.*

[1670] s. 7 (27 Maii). *Deputatio ad revisionem curiarum lignearum numero 1-mo et 2-do a cornu Plateae Subfluvialis*[5] *sitarum.*

[1671] s. 7. *Sanctuari tres fovendi.* Cum praeter Calcantistam et Sacristam ad obsequia Ecclesiae tres Sanctuarii sufficere videntur, proinde [a]quartum abhinc non suscipiendum[a] Reverendissimum Capitulum censuit.

[1672] s. 7. *Ordinatio Alumnorum Pauperum.* Ad conscribendam ordinationem pro alumnis pauperibus, vulgo Bartholomaeitis, deputatus est pilris rmus Zachariaszewicz[6]. Quam obligationem adimplendam, salva approbatione futuri capituli generalis, in se suscepit. Por. nr [1651].

[1673] s. 8 (28 Maii). *Relatio Deputati ad revisionem supellectilis ecclesiasticae.* Pilris rmus Nowicki custos Łoviciensis, ad revisionem supellectilis ecclesiasticae deputatus, se eiusmodi supellectilem revidisse et omnia iuxta rubrum inventarii eiusdem supelllectilis capitulariter productum adinvenisse, retulit.

[1674] s. 10. *Relatio de statu curiarum lignearum numero 1-mo et 2-do a cornu Plateae Subfluvialis sitarum.*

[1675] s. 12, 13. [*Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Rybiński*[7], *causarum F. Nikorowicz secretarius*[8]].

[1676] s. 14 (29 Maii). *Qui Commissarii Civiliter-Militares pro deputatis ex Capitulo habendi.* Rmum Capitulum praesens praelatos et canonicos Ecclesiae Collegiatae praesentis in Commissarios Civiliter-Militares in Terra Sochaczoviensi et Gostinensi[9] electos et eligendos, ratione bonorum in praemissis terris sui Capituli sitorum, pro deputatis ex Capitulo suo declaravit.

[1677] s. 14. *Deputatio pilris Jastrzębowski ad descriptionem status Ecclesiae pro visitatione generali.* Ad descriptionem status Ecclesiae Collegiatae praesentis pro futura eius visitatione generali Rmum Capitulum pilrem rmum Jastrzębowski Cath. Vladislaviensem et Łoviciensem canonicum[10] deputavit, eidemque praesentiam quattuor mensium spatio eius absentiae ab Ecclesia connotandam decrevit.

[1678] s. 14—15. *De receptione Ilmi Visitatoris Collegiatae.* Ilmo Suffraganeo Gnesnensi Łovicium pro peragenda visitatione Collegiatae adventuro, toto spatio commorationis eius Łovicii, ad victum ipsius subministrandum Rmum Capitulum pilri Pro[*s. 15*]curatori Bonorum commisit.

[1679] s. 15. *Deputatio ad Commissarios Civiliter-Militares ad visitanda hospitalia ex Terra Sochaczoviensi delegatos.* Ad Commissarios Civiliter-Militares ad visitanda hospitalia ex Terra Sochaczoviensi delegatos Rmum Capitulum pilrem Czajkowski canonicum[11] deputavit, eidemque

[a–a] quotam ab hinc non suscipiendam *akta.*

[5] *Ul. Podrzeczna w Łowiczu.*

[6] *Grzegorz Zachariaszewicz dr teol. i ob. prawa, eks-jezuita, m.in. kan. łow. w l. 1779—1808, sufr. i prał. dziek. 1809—1814.*

[7] *Filip Jakub Rybiński h. Radwan, m.in. kan. łow. w l. 1769—1791, surogat łow.*

[8] *Franciszek Nikorowicz nadal notariasz kap. i kan. hon.*

[9] *Ziemie sochaczewska i gostynińska w woj. rawskim.*

[10] *Paweł Jastrzębowski h. Pobóg, dr teol. i ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1788—1813, oficjał gen. łow.*

[11] *Franciszek Salezy Czajkowski h. Dębno, m.in. kan. łow. od r. 1787, prał. archid. w l. 1812—1820, kartograf.*

praesentiam quattuor mensium spatio ipsius absentiae ab Ecclesia connotandam decrevit.

Die 10 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1680] s. 17. *Contractus cum Organario* [12] *conscriptus.*

D. 17 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1681] s. 19. *Deputatio ad verificandum inventarium capellae in Boczki.* Ad verificandum inventarium capellae in Boczki [13] deputatus est pilris Rybiński canonicus et bonorum Capituli procurator. Eiusdemque inventarii copiam per rdum [b] Jakubowski [14] describendam in Capella reliquet et originale ad Archivum Capituli porriget.

D. 16 Septembris, in capitulo [hebdomadali] ordinario:

[1682] s. 22. *De fundo Hospitalis* [15] *porrigendo et de describendis tabellis proventuum ad Commissionem Civilico-Bellicam Terrae Sochaczoviensis.*

D. 7 Octobris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1683] s. 24. *De proventu Hospitalis S. Leonardi Commissioni Civilico--Bellicae Terrae Sochaczoviensis porrigendo.*

Dieb. 9—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1684] s. 28. *Recapitulatio statutorum et decretorum.* Facta recapitulatione statutorum et decretorum tam reformationis, quam generalis capituli immediati et subsequentium hebdomadalium Ilmi Pilres Rdi Capitulares sequentia decreverunt.

[1685] s. 30 (10 Dec.). *Deputatio ad revisionem Sacristiae.* Ad revisionem supellectilis ecclesiasticae Collegiatae praesentis Rmum Capitulum Loga canonicum [16] deputavit.

[1686] s. 30. *Deputatio ad librum fundationum.* Rmum Capitulum ad revisionem libri missarum ex fundationibus et obligatione in Ecclesia Collegiata praesenti absolvendarum ilmum Loga canonicum Łoviciensem deputavit.

[1687] s. 30. *De statu sui per singula Collegia pro generali visitatione describendo.*

[1688] s. 30. *De susceptione Ilmi Visitatoris Collegiatae.* Adventuro Łovicium pro visitatione generali Collegiatae praesentis ilmo Łubieński nominato suffraganeo administratore Archidioecesis Gnesnensis, Rmum Capitulum de habitatione sive residentia et commoditatibus ipsius eiusque famulatus providendo: horum omnium curam et subministrationem pilri Massae Procuratori commendandam censuit, prout commendavit vigore praesentium.

[1689] s. 31—32. *Tabella proventuum Hospitalis S. Leonardi Commissioni Civilico-Bellicae Terrae Sochaczoviensis porrecta.*

[1690] s. 34 (11 Dec.). *Relatio deputationis ad revisionem Sacristiae.* Ilmus Ludovicus Loga canonicus Łoviciensis, ad infrascripta deputatus, se supellectilem Ecclesiae Collegiatae praesentis revidisse eamque in bono ordine conservatam adinvenisse, nihilque ab ultima revisione accessisse aut decessisse, retulit.

---

[b] Rdsmum *akta.*

[12] *Szan. Jan Witkowski.*

[13] *Boczki wieś w par. kolegiackiej.*

[14] *Mikołaj Jakubowski (Jakuboski) wikariusz kolegiaty (curatus villanus).*

[15] *Nie podano którego (łowickiego) szpitala.*

[16] *Ludwik Loga h. Topacz, m.in. kan. łow. w l. 1789—1822.*

[1691] s. 34—35. *Relatio deputationis ad librum fundationum.* Ilmus Loga canonicus Łoviciensis, ad infrascripta deputatus, retulit se librum absolvendarum in Ecclesia Collegiata praesenti ex fundatione missarum revidisse, in eodemque duos defectus animadvertisse. Alterum, quod ubi Altaristae missas peractas connotant, non sit in capite descriptus numerus missarum Rdis Altaristis ad absolvendum quotannis incumbentium, ex quo circa revisionem libri cognosci non potest, utrum omnibus obligationibus eiusmodi satisfaciant. Alterum, quod ubi missae per Dominos Septimanantes absolutae connotantur, non sint expressa cognomina Dnorum Septimanatium aut eorum substitutorum, ex quo non patet per quemnam absolutae vel omissae sunt missae. Proinde ad meliorem observandum ordinem tam numerum missarum [*s. 35*] singulis Altaristis ad absolvendum quotannis incumbentium per rdum **Vicecustodem** aut Caeremoniarium, quam et cognomina Dnorum Officiantium in suis locis per rdum **Notarium** suum connotanda Rmum Capitulum censuit et decrevit.

[1692] s. 35—36. *Delegatio ad conficienda inventaria fundorum Praelatorum et Canonicatuum.* In satisfactionem decreto reformationis Ostrovianae pro Ecclesia Collegiata praesenti de revisionibus et descriptionibus fundorum Praelaturarum et Canonicalium lato, tum pro imminenti visitatione generali necessaria praeparando Rmum Capitulum praesens, reassumendo anteriorum capitulorum generalium in hoc negotio decreta lata, ad fundum villae Popów [17] — Praepositurae rmum Alexandrum Nowicki custodem, ad fundum Maków [18] cum attientiis — Decanatus pilrem rmum Gregorium [*s. 36*] Zachariaszewicz et ilrem Ludovicum Loga canonicos, absentia unius non obstante, ad fundum Bąków [19] — Custodiae ilrem Ludovicum Loga canonicum, ad fundum Canonicatus S. Ioannis Baptistae pilrem adm. rdum Ioannem Siegel canonicum [20], ad fundum villae Wola Tarnowska [21] Canonicatus Tarnoviani ilrem Franciscum Czajkowski canonicum Łoviciensem delegavit, eisdemque praemissorum fundorum inventarii descriptionem et suo Rmo Capitulo generali pro Festo Pentecostes imminenti porrectionem commisit vigore praesentium.

**1791**

Die 31 Martii [in capitulo hebdomadali ordinario]:

[1693] s. 41—42. *Thesaurus Komorovianus.* [*s. 42*] Illatum respectu separationis Thesauri Komoroviani [22] a Massa Capitulari, vi erectionis Collegii Praebendariorum S. Crucis constituti, Domini praesentes in imminenti capitulo generali resolvendum censuerunt.

Diebus 14—17 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1694] s. 42. *Deputatio ad inventarium Ecclesiae et librum fundationum.* Tam ad revisionem supellectilis ecclesiasticae, quam et libri absol-

---

[17] *Popów wieś w par. kolegiackiej.*

[18] *Maków wieś par. k. Skierniewic.*

[19] *Bąków wieś par. pod Łowiczem.*

[20] *Jan Siegel (Zygiel) dr teol., m.in. kan. łow. w l. 1780—1801, prepozyt 1801—1822.*

[21] *Tarnowska czyli Małęcka Wola wieś w par. Brzeziny, obecnie nie istniejąca.*

[22] *Adam Ignacy Komorowski h. Korczak, dr ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1749—1759.*

vendarum ex fundationibus missarum, deputatus est ilmus Custos [23] et Świnarski canonicus [24], unius absentia non obstante.

[1695] s. 46 (16 Iun.). [*Procuratores electi in annum sequentem: bonorum I. Rybiński, causarum (iurium) F. Nikorowicz secretarius*].

[1696] s. 47. *Relatio delegationis ad inventarium Ecclesiae et ad librum fundationum.* Ilmus Świnarski canonicus cath. Cuiaviensis et Loviciensis, ad Tribunal Regni iudex et ad infrascripta deputatus retulit se supellectilem Ecclesiae Collegiatae praesentis revidisse eamque in bona conservatione, sine ullo accessu et decessu, cura ilris Jaramowski vicecustodis [25] adinvenisse. Quod autem attinet librum absolvendarum et connotandarum ex fundatione in hac Ecclesia missarum, eundem librum se examinasse ac obligationes incumbentes tam [c] per Rmos [d] Capitulares, quam et Clerum Minorem absolutas et annotatas in eodem libro adinvenisse, declaravit.

[1697] s. 48 (17 Iun.). *Deputatio ad describendum inventarium bonorum Capituli ilmorum Czajkowski et Jastrzębowski.* Ad conficienda et consribenda inventaria bonorum Capituli sui deputati sunt ilmi Czajkowski et Jastrzębowski canonici, quibus praesentiam quattuor mensium spatio cum anniversariis sub tempus absentiae ipsorum ab Ecclesia connotandam Rmum Capitulum decrevit.

[1698] s. 49—50. *Desideria Collegii Vicariorum ad imminentem visitationem proximam reducuntur.*

D. 4 Augusti, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1699] s. 50. *Oblata imago celmi Caietani Sołtyk eppi Cracovien.* Imaginem cels. olim Caietani Sołtyk episcopi Cracoviensis, ducis Severiae [26] ab ilmo rmo dno Caietano Sołtyk eius ex fratribus nepote, supremo Regni secretario, ordinum Poloniae equite, praeposito loci praesentis [27] Ecclesiae huic oblatam et transmissam Capitulum praesens grato animo suscipiendam, eandem in Capella S. Victoriae, memorati celmi principis Episcopi sumptibus splendide exornata, collocandam censuit.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1700] s. 53. *Lectio statutorum et recapitulatio decretorum.* Relecto elencho Praelatorum et Canonicorum loci praesentis ordine dignitatis et senii, relectisque summarie statutis ac decretis reformationum, tum capituli generalis immediate praeteriti et subsequentium hebdomadalium, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Capituli Praesidem [28] est conscripta.

[1701] s. 53—54. *Descriptio ordinationis devotionum in Ecclesia Collegiata.* Reverendissimum Capitulum praesens descriptionem ordinis devotionum, in Ecclesia Collegiata Loviciensi peragi solitarum, rdo actorum suorum **Notario** praecommittendo, eidem commendandum censuit, ut in

---

c tum *akta.*

d Rdos *akta.*

23 *Prał. kust. Nowicki — jak przyp. 2.*

24 *Józef Świnarski h. Poraj, m.in. kan. łow. w l. 1787—1803.*

25 *Jakub Jaramowski młodszy nadal wicekustosz i kan. hon. kolegiaty.*

26 *Kajetan Ignacy Sołtyk h. włas., dr ob. prawa, m.in. biskup krakowski w l. 1759—1788.*

27 *Kajetan Sołtyk h. włas., m.in. prał. prepoz. łow. w l. 1790—1800.*

28 *Kasper Szajowski h. Sulima, dr ob. prawa, m.in. sufr. i prał. dziek. łow. w l. 1782—1802.*

eiusmodi descriptione praecipue missae votivae Lipscianae [s. 54] feriis quintis peragi solitae, tum anniversaria, officia defunctorum, necnon missae per Altaristas legendae tempus certum, quo successive peragantur, potissimum diebus dominicis et festis determinatum habeant; idque ob commoditatem parochianorum pro audiendis missis accedentium. Quae ordinatio, postquam descripta et a capitulo septimanali approbata fuerit, in Sacristia Cleri appendatur.

[1702] s. 54. *Deputatio ad revidendam supellectilem Ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem ecclesiasticam Rmum Capitulum pilrem rdum Felicem Wodziński archidiaconum deputavit eidemque, quatenus ilri Vicecustodi commendet, ut inventarii supellectilis Ecclesiae duo exemplaria [e] describi curet, quorum alterum ad acta visitationis generalis imminentis porrigetur, alterum circa Ecclesiam relinquetur, committendum censuit.

[1703] s. 55. *Reparatio faciei Ecclesiae pilri Procuratori committitur.*

[1704] s. 56. *Libri praesentiarum lectio in capitulis septimanalibus decernitur.* Praesentiam quotidianam Dominorum in Ecclesia, in libro ad id comparato connotari solitam, in singulis capitulis septimanalibus relegendam per suum Notarium et per ilrem Capituli Praesidentem subscribendam, Rmum Capitulum praesens decrevit.

[1705] s. 56. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum, in quo missae tam per Dnos Officiantes, quam per Clerum ex fundationibus absolvi in Ecclesia Collegiata debite connotantur, deputatus ilmus Loga canonicus, cum relatione facienda.

[1706] s. 57 (10 Dec.). *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Ilmus Gembarth canonicus [29], ad revidendum librum absolvendarum in Ecclesia Collegiata ex fundatione missarum deputatus [30], retulit se eundem librum revidisse et omnes missas absolvi solitas in eodem libro, per quos absolutae sunt, annotatas reperisse.

[1707] s. 57. *Relatio Deputati ad revidendam supellectilem Ecclesiae.* Pilris rmus Archidiaconus, ad revidendam supellectilem Ecclesiae deputatus, retulit se eandem revidisse necnon ilrem Vicecustodem unum exemplar inventarii eiusmodi supellectilis iam descriptum pro actu visitationis generalis habere, et alterum in libro inventarii eiusdem supellectilis, quod circa Ecclesiam relinquetur, contineri.

[1708] s. 60 (12 Dec.). *Ad porrigendum memoriale Commissioni Thesauri Regni deputatio.* Ad denuntiationem errorum per Commisiones Palatinatus [Ravensis] commissorum, tum errorum per Commissiones ad tributum o f i a r a dicta designatas commissorum, quos Commissio Thesauri Regni solum ad 13 Ianuarii anni 1792 resolvi vigore legis novellae possunt [s]; proinde, si qui denuntiandi erunt huius negotii, exsecutio committitur pilri Francisco Nikorowicz canonico, Causarum Capituli procuratori.

[1709] s. 61. [*Oblationes eppi Szajowski*]. Duo reliquiaria et crucem argenteam per ilmum Szajowski episcopum Larandensem, suffraganeum Łoviciensem ad Capellam S. Victoriae, tum calicem cum patena ad capel-

---

[e] Inventaria *błęd. akta.*

[29] *Józef Gembarth eks-jezuita, m.in. kan. łow. w l. 1780—1812, sufr. gnieźn. 1814—1821.*

[30] *W nrze [1705] zapisane, że wybrano do tego kan. Logę.*

lam in Boczki oblatam Rmum Capitulum cum gratiarum actione ilmo Benefactori praestita suscipiendo, eandem in libro inventarii supellectilis Ecclesiae describendam censuit.

D. 15 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1710] s. 62—64. [*Testamentum can. Iacobi Philippi Rybiński*].

[1711] s. 64. *Constitutio Procuratoris Bonorum* [*I. Siegel post mortem Rybiński*].

D. 22 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1712] s. 66. *Ad revisionem curiarum deputatio.* Ad revisionem curiarum Ilmorum et AA.RR.DD. Gembarth, Siegel et Świnarski canonicorum verificationemque, utrum reparationes, a Rmo Capitulo respectivis possessoribus earundem circa ipsarum optionem praescriptae, sint ad effectum deductae, deputatur pilris Franciscus Nikorowicz canonicus Loviciensis, cum relatione suo Capitulo facienda.

[1713] s. 66—67. *Installatio pilris rdi Francisci Nikorowicz ad canonicatum Łoviciensem fundi medietatis Złaków Kościelny.* Coram praesenti Capitulo Insignis Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis personaliter comparens pilris rdus Franciscus Nikorowicz canonicatus Ecclesiae Collegiatae praesentis fundi mediatatis Złaków Kościelny [31] coadiutor cum futura successione per Sedem Apostolicam deputatus, exhibito transumpto Litterarum Apostolicarum super coadiutoria eiusdem canonicatus Ecclesiae praesentis fundi medietatis Złaków Kościelny, favore sui de data Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Domini 1787 Nonis Ianuarii in forma solita authentica emanatarum, necnon producta verificatione narratorum in iisdem Litteris Apostolicis contentorum, per celmum, ilmum et rmum Michaëlem Georgium Ciołek principem Poniatowski Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopum Gnesnensem, legatum natum, primatem Regni Poloniae et M. D. Lithvaniae primumque principem, abbatem commendatarium Cervenscensem et Tyneciensem, ordinum Aquilae Albae et S. Stanislai equitem, Lociordinarium nostrum feliciter modernum [32], de actu Varsaviae die 13 mensis Februarii a. D. 1788 facto manuque eiusdem cels. Principis subscripto ac sigillo munito, tum exhibita exsecutione dictarum Litterarum Apostolicarum per pilrem rmum Gabrielem Turski seniorem et antiquiorem canonicum Almae Ecclesiae Metrop. Gnesnensis, praepositum Collegiatae praesentis [33], uti delegatum apostolicum, de data Gnesnae die 7 mensis Martii anno eodem 1788 subsecuto, manu ipsius propria subscripta et sigillo communita, signis [*s.* 67] binis, uno scilicet in quota sex aureorum hungar. et altero in summa 152 florenorum gr. 12 polon. a Thesauro Regni ad mentem legis signatis. Petit vigore earundem litterarum, sicut praefertur, per se productarum et repositarum se ad dictum canonicatum Ecclesiae Collegiatae praesentis et fundi medietatis Złaków Kościelny, morte et obitu pilris rdi Iacobi Rybiński Causarum Curiae Archiepiscopalis Gnesnensis iudicis surrogati, in Bednary [34] praepositi, illius ultimi et immediati possessoris vacantem, recipi et ad possessionem illius induci, vocem in capitulo et stallum in

---

[31] *Złaków Kościelny wieś par. k. Łowicza.*

[32] *Michał Jerzy Poniatowski h. Ciołek, brat królewski, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1785—1794.*

[33] *Gabriel Józef Turski h. Rogala, m.in. prał. prepoz. łow. w l. 1776—1790.*

[34] *Bednary wieś par. k. Łowicza.*

choro cum plenitudine iuris canonici sibi concedi et assignari. Et Capitulum praesens, receptis cum debita, qua par est, reverentia suprascriptis litteris iisdemque lectis, revisis ac recognitis, receptaque prius, iuxta bullam Pii papae IV[35], Concilii Tridentini[36] et Constitutionum Provincialium professione et iuramento, per dictum pilrem Franciscum Nikorowicz, rotha in statutis capitularibus descripta, praestito, eundem pilrem adm. rdum Franciscum Nikorowicz ad possessionem dicti canonicatus admittendum esse censuit et admisit. Et ad installandum eundem pilrem adm. rdum Ioannem Siegel canonicum Collegiatae praesentis, tum ilrem ac rmum Paulum Jastrzębowski Vladisláviensem et Collegiatae praesentis canonicum, commissarium civiliter-bellicum Palatinatus Lanciciensis deputavit. Qui taliter deputati, fungendo officio deputationis suae, eundem pilrem adm. rdum Franciscum Nikorowicz ad praedictum canonicatum in facie totius cleri et populi, ad Divina audienda congregati, installarunt stallumque in choro et locum cum plenitudine vocis activae et passivae in capitulo ei assignarunt, ipsumque in possessionem eiusdem canonicatis illiusque iurium, proventuum, redituum introduxerunt, ratione quorum omnium pacificae possessionis idem p. Franciscus Nikorowicz iterum atque iterum in quam sollemnissima iuris forma protestatus. Quam protestationem Capitulum suscepit et eundem pilrem Installatum in pacifica possessione praemissorum omnium reliquit praesentium vigore.

[Sequuntur quattuor documenta illius annexa]

**1792**

Die 3 Februarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1714] s. 79—80. *Susceptio in secretarium Capituli adm. rdi Petri Gniewczyński et iuramentum.* Post ascensum pilris adm. rdi Francisci Nikorowicz immediati notarii et secretarii capitularis ad canonicatum Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis fundi Złaków Kościelny, praesens Rmum Capitulum unanimi votorum consensu ad praemissam functionem adm. rdum Petrum Gniewczyński presbyterum saecularem[37] assumpsit. Qui assumptus personaliter comparens iuramentum in capitulo praesenti in eam rotham praestitit:

Ego Petrus Gniewczyński iuro Deo Omnipotenti, quod, assumptus in secretarium Capituli, Archivum Capituli custodiam, omnia accurate scriptis mandabo, secreta Capituli per omnia servabo, praesentias et interessentias Praelatorum et Canonicorum fideliter notabo et omnia, quae munus Secretarii concernunt, diligenter obibo.

Praestito itaque in manibus pilris Nikorowicz canonici iuramento praeinserto, eidem novoassumpto Secretario Acta Capituli tradita et pro pensione annua primo floreni quadringenti more antiquo cum obligatione duarum in hebdomada missarum, unius ad Altare Corporis Christi, alterius ad Altare Sae Crucis; deinde alii floreni quadringenti doni gratuiti; item decimae post agros cmethonales in Płyćwia et Święte[38], fructusque ex agro Civitatis Antiquae Łoviciensis ac consolationum solito more, quas

[35] *Pius IV papież rządził Kościołem w l. 1559—1565.*
[36] *Sobór Trydencki obradował w l. 1545—1563.*
[37] *Ks. Piotr Gniewczyński następca Nikorowicza na notariacie kap.*
[38] *Obie wsie już objaśniane.*

Domini Capitulares sub tempus capitulorum generalium percipere solent, eidem rdo Notario medietas, ac solitae aliae obventiones Notarios re [s. 80]spicientes assignatae. Ac pro intromittendo in domum Notariatus idem pilris rdus Franciscus Nikorowicz deputatus.

[1715] s. 80. *Beneficium Psalteriatus adm. rdo Gniewczyński confertur.* Psalteriatum in Capella Tarnoviana Ecclesiae Collegiatae praesentis, post ascensum ad canonicatum gremialem Łoviciensem pilris adm. rdi Francisci Nikorowicz, illius ultimi et immediati possessoris vacantem, Rmum Capitulum praesens rdo Petro Gniewczyński notario suo contulit, et pro praesentatione et institutione ad quem de iure remisit.

[1716] s. 80. *Altaria S. Barbarae adm. rdo Gniewczyński confertur.* Altariam S. Barbarae in Ecclesia Collegiata praesenti, post ascensum pilris rdi Nikorowicz ad canonicatum gremialem Łoviciensem, immediatum illius possessorem vacantem, Rmum Capitulum praesens adm. rdo Petro Gniewczyński **notario** conferendam censuit.

D. 29 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1717] s. 82. *Installatio ilris adm. rdi Petri Gniewczyński secretarii Capituli ad canonicatum honorarium Łoviciensem.* Coram praesenti Capitulo Insignis Collegiatae Łoviciensis comparens personaliter ilris adm. rdus Petrus Gniewczyński Capituli sui secretarius, exhibitis litteris creationis sui in canonicatum honorarium eiusque Collegiatae Łoviciensis, sibi a cels. ilmo et rmo dno dno Michaële Georgio principe Poniatowski archiepiscopo Gnesnensi — — Varsaviae die 24 mensis Martii anno Domini 1792 benigniter impertitis, manu eiusdem celmi Pricipis subscriptis et sigillo communitis. Virtute earum petiit se ad realem dicti canonicatus honorarii possessionem admitti et investiri, stallum in choro assignari. Quibus Capitulum praesens visis et lectis, iisque cum debita, qua par est, reverentia susceptis, eundem ilrem adm. rdum Petrum Gniewczyński in confratrem suum recipiendum et installadum censuit ac pro eadem installatione pilrem rmum Franciscum Nikorowicz canonicum Łoviciensem deputavit. Qui taliter Deputatus eidem ilri canonico Deputato, in facie cleri ad Divina et populi congregati, stallum in choro a cornu Epistolae competens assignavit. Ratione huius pacificae possessionis ilris Installatus iterum atque iterum quam sollemnissime protestatus est.

[1718] s. 82—87. *Ingrosatio dispositionis Hospitalium in Urbe Łowicz exsistentium.* [*Dispositio Primatis in 14 punctis, data Varsaviae 15 Februarii 1792*].

[1719] s. 88. *Ingrossatio resolutionis Commissionis Reipublicae Thesauri Regni in materia subventionis pauperibus et Hospitalibus eorum in Urbe Łowicz.*

D. 19 Aprilis, in capitulo hebdomadali [ordinario]:

[1720] s. 89—91. *Ingrossatio instrumenti Innotescentium per ilmum Łubieński pro visitatione editi.*

D. 21 Maii, in capitulo partiali extraordinario:

[1721] s. 91—93. [*Visitatio generalis Insignis Collegiatae Łoviciensis per suffraganeum Łubieński*].

Diebus 29 Maii — 1 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1722] s. 94. *Delegatio ad revisionem Sacristiae.* Ad revisionem supellectilis Ecclesiae pilris rmus Wodziński archidiaconus deputatus.

[1723] s. 94. *Delegatio ad revisionem curiarum.* Rmum Capitulum

pilres rmos Czajkowski et Jastrzębowski canonicos ad revisionem curiarum et descriptionem earum statum delegavit.

[1724] s. 94. *Deputatio ad librum fundationum* — —. Rmum Capitulum ad revisionem libri fundationum pilrem rmum Zachariaszewicz canonicum Gnesnensem et Łovicienssem delegavit.

[1725] s. 96, 99 (30, 31 Maii). [*Procuratores in annum sequentem electi: causarum F. Nikorowicz can., bonorum I. Siegel can.*].

[1726] s. 96 (30 Maii). *Relatio Deputati ad inventarium Ecclesiae.* Ilmus Felix Wodziński archidiaconus Łoviciensis, canonicus Varsaviensis et ad Tribunal Regni deputatus, ex sua delegatione ad revisionem inventarii Ecclesiae, Rmo Capitulo rationem fecit supellectilem Ecclesiae in bono statu exsistere ac aliquot apparatus in hoc anno auctum esse.

[1727] s. 99—100 (31 Maii). *Thesaurus Ecclesiae constituendus decernitur.* Laudabilem consuetudinem circa omnes maiores, cathedras scilicet et collegiatas, praesertim insignes ecclesias observari solitam quoad observandum certum thesaurum ecclesiasticum, in quo recondita pecunia numquam in communes usus convertatur, sed ad sublevandam solummodo extremam in casu improviso proveniendam necessitatem ipsiusmet ecclesiae reservetur. Praesens Rmum Capitulum ad suam quoque Insignem Collegiatam Ecclesiam instituere cupiens decrevit decernitque sequentia: 1-mo, ut summa 2000 florenorum polon. testamento p.m. pilris Iacobi Rybiński, de hacce Ecclesia et Capitulo bene meriti canonici, ad usus ecclesiasticos, per suum Capitulum determinandos dono data, pro inchoando eiusmodi Thesauro adhibeatur et in librum seorsivum novum, ad hunc finem comparatum, praeprimis inseratur; 2-do, ut signuli novi abhinc installati praelati [et] canonici huiusce Ecclesiae Collegiatae, ultra consuetam quotam pecuniariam, hucusque titulo cappalium pendi solitam [*s. 100*] decem insuper hungaricos aureos in dicto Ecclesiae Thesauro pro eiusmodi augmento reponendos solvant; 3-tio, ut si quando quempiam praelatorum vel canonicorum sine testamento ad hanc Ecclesiam fatis cadere contigerit, ac in tali casu ad tenorem legis ecclesiasticae tamquam expensae quarta pars derelictorum taliter vita functi adiudicata fuerit, pro augendo eiusmodi Thesauro cedat; 4-to, ut si peculium dicti Thesauri, salvo consensu capituli generalis ac praevia omnimoda securitate, mutuo cuipiam datum fuerit, census ab illo proveniens pro impinguendo Thesauro convertatur; 5-to, ut eveniente casu quopiam fortuito, nonnisi generale capitulum, idque unanimi votorum consensu, determinnare possit, an sit extrema necessitas exigens usum peculii in Thesauro aggregati.

[1728] s. 100. *Ingrosatio resolutionis et dispositionis Inclytae Commissionis respectu fumalium in Urbe Łowicz.*

[1729] s. 101—102 (1 Iun.). *Constitutio ad dislimitationem bonorum Rmi Capituli.*

D. 14 Iunii, in capitulo extraordinario partiali:

[1730] s. 103. *Summa 100 aureorum pro Publico Sacrificio determinatur.* Rmum Capitulum magnis necessitatibus Reipublicae in his criticis temporibus commotum, 100 aureos hungar. ad Aerarium Publicum dandos constituit ac determinat, necnon missas per hebdomadas duas, per dnum Septimanantem absolvendas: unam coram Altari S. Victoriae pro felicitate Reipublicae, alteram coram Magno Altari, uti privilegiato,

pro eliberatione animarum in moderno bello interfectorum militum. Hanc tamen suam decisionem confirmationi futuri Immac. Conceptionis B. V. Mariae capituli obnoxiam esse vult et declarat.

D. 25 Octobris, in capitulo ordinario:

[1731] s. 106. *Plenipotentia ad recognoscendum nomine Capituli accessum ad Confoederationem Targovicensem* [39].

D. 18 Novembris, in capitulo hebdomadali [ordinario]):

[1732] s. 107. *Relatio pilris rdi Nikorowicz in negotio accessus ad Confoederationem Targoviciae factam.* Pilris rdus Nikorowicz, delegatus a Rmo Capitulo ad faciendum accessum ad Confoederationem in Targowica die 14 mensis Maii anno currenti factam, coram Actis Confoederationis Terrae Sochaczoviensis recognoscendi, retulit se delegationi suae satisfecisse. Rmum Capitulum debitas gratias pilri Delegato egit extractumque accessus perlegere et in **Archivo** Capituli reponere mandavit.

Dieb. 10—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1733] s. 111. *Lectio statutorum et decretorum capituli Festorum Pentecosten.* Relectis summarie statutis et decretis reformationum, tum capituli generalis immediate praeteriti et subsequentium hebdomadarum, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum capituli Praesidentem [40] est subscripta.

[1734] s. 112. *Deputatio ad revisionem libri fundationum.* Pilrem rmum archidiaconum Wodziński ad librum fundationum Rmum Capitulum delegavit.

[1735] s. 112. *Festa Sanctorum Ioseph et Nicolai [patroni titularis Ecclesiae].*

[1736] s. 113. *Relatio pilris rmi Wodziński.* Pilris rmus Wodziński, ad revisionem libri fundationum delegatus, eundem librum revolvit omnesque fundationes adimpletas in eodem libro connotatas invenit.

[1737] s. 116—120 (12 Dec.). *Desideria Księży Wikariuszów Kolegiaty Łowickiej w czasie generalnej wizyty JW$^{u}$ Wizytatorowi podane r. 1792 [i] Odpowiedź z[e] strony Kapituły Łowickiej.*

[1738] s. 121. *Revisio curiarum.* Revisio curiarum pilbus rdis Delegatis commissa eiusque quoad effectum deductio per Rmum Capitulum iisdem p. r. Delegatis commendatur. Por. nr [1723].

[1739] s. 123—124. *Confraternitatis Misericordiae innovatio.* Confraternitatem Misericordiae a ducentis circiter annis circa Ecclesiam Collegiatam et Parochialem Łoviciensem a p.m. Stanislao Karnkowski archiepiscopo Gnesnensi [41] erectam, pro maiori cultus Divini augmento, uberiorique operum caritatis fructu, praesens Rmum Capitulum innovare volens, anteomnia **ordinationem** nonmodo ipsiusmet confraternitatis, verum etiam omnium et singularum fundationum ad fraternam caritatem in proximos exercendam spectantium, curae et dispositioni suae ex mente fundationis commissorum confici debere agnovit. Eum itaque in finem totum huiuscemodi negotium pilri rmo **Zachariaszewicz** Metrop. Gnesnensi et Łoviciensi canonico, de gremio sui ad id operis delegato praecommisit. Cum vero idem pilris rdus Delegatus dictam ordinationem iam

---

[39] *Targowica miasteczko w woj. bracławskim.*
[40] *Sufr. i dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*
[41] *Stanisław Karnkowski h. Junosza, dr ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1851—1603.*

conscriptam in praesenti generali capitulo produxerit, praesens Rmum Capitulum, relicto integro hoc non minus prudenti, quam laborioso opere sub titulo Bractwo Miłosierdzia anno 1792 conscripto, ordinationem [s. *124*] in illo comprehensam tam ipsiusmet Confaternitatis Misericordiae, quam fundationum ad opera caritatis spectantium, uti sunt: hospitalium, mendicorum, Montis Pietatis, egenorum, erubescentium, Scholae Pauperum Puerorum ac peste infectorum, tum Camerae Frumentalis a pilri rmo Zachariaszewicz constitutae, tamquam debitae in Deum pietatis et egenis vero et pauperibus utilem et proficuam acceptandam esse censuit atque unanimitate votorum acceptant decreti praesentis vigore, salva nihilominus celmi principis Lociordinarii feliciter moderni approbatione et confirmatione. Ad quam ab eodem cels. Principe tamquam Confraternitatum Misericordiae in tota Archidioecesi instauratore, piarum vero circa hanc Ecclesiam singulari protectore exposcendum eundem pilrem rmum Zachariaszewicz Metrop. Gnesn. et Łoviciens. canonicum delegavit. Postquam vero praecensita approbatio a Sua Celsitudine iam obtenta fuerit, extunc omnia et singula in eadem ordinatione contenta ad effectum deduci debere, statuit. Eumque in finem cuivis capitulo septimanali vigorem conservari debere, decrevit.

**1793**

Die 7 Aprilis, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1740] s. 125—126. *Delegatio pilris rmi Wodziński archidiaconi et p. rdi Siegel canonici ad Praetorium Civitatis [ad requisitionem Borussorum]*.

D. 13 Aprilis, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1741] s. 126. *Relatio Deputatorum [Rex Borussorum*[42] *accepit sub suum dominium Łovicium et terras adiacentias]*.

[1742] s. 126—127. *[Homagium praestitum Regi Borussiae in Sochaczew]*.

Diebus 21—22 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1743] s. 132. *Letcio statutorum et decretorum* — — . Relectis summarie statutis et decretis reformationis, tum capituli generalis immediate praeteriti et subsequentium hebdomadarum, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem[43] est conscripta.

[1744] s. 132. *Deputatio ad inventarium Ecclesiae.* Ad revisionem Sacristiae supellectilisque ecclesiasticae deputatus est pilris rmus Wodziński archidiaconus.

[1745] s. 132—133. *Ingrossatio litterarum a Statu Spirituali Prussiae Meridionalis ad ilmum excelmum de Millendorf generalem exercitus Ser. Regis Borussiae.*

[1746] s. 133—137. *Ingrosatio litterarum a Statu Ecclesiastico Borussiae Meridionalis ad Ser. Regem Borussorum.*

[1747] s. 138. *Revisio curiarum.* Revisio curiarum pilbus rdis Delegatis commissa, eiusdemque ad effectum deductio per Rmum Capitulum

---

[42] *Fryderyk Wilhelm II król pruski w l. 1786—1797.*

[43] *Prał. prepoz. Sołtyk — jak przyp. 27.*

iisdem p. r. Delegatis committitur, cum relatione in futuro capitulo facienda. Por. nr [1723] i [1738].

[1748] s. 138—139. *Relatio pilrium rmorum Wodziński et Zachariaszewicz canonicorum ad praestandum Ser. Regi [Borussiae] iusiurandum Posnaniae, ab ilmo praesenti Capitulo deputatorum.*

[1749] s. 140 (22 Maii). *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri absolvendarum septimanarum et missarum rdus pilris canonicus Nikorowicz deputatus est.

[1750] s. 141. *Relatio rmi Wodziński archidiaconi.* Retulit pilris Wodziński archidiaconus, quod supellectilem ecclesiasticam revidit eamque in bono statu exsistentem invenit, tribusque albis et aliisque ornamentis auctam esse reperit.

[1751] s. 142. *Relatio p. rdi Nikorowicz canonici.* Retulit pilris rdus Nikorowicz canonicus, quod librum absolutarum septimanarum et fundationum examinavit, reperitque septimanas per pilres rmos Praelatos et Canonicos absolutas, missas autem per Capellanos altarium hucusque in parvo numero peractas.

[1752] s. 142, 144. [*Procuratores electi in annum sequentem: causarum F. Nikorowicz, bonorum I. Siegel*].

D. 1 Augusti, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1753] s. 150—151. *Litterae responsoriae ad magcum de Elsner* [44] [*in causa bonorum Capituli*].

D. 5 Septembris, in capitulo hebdomadali [ordinario]:

[1754] s. 154. *Deputatio ilris rdi Notarii Capituli.* In absentia pilris rmi Świnarski canonici, ad revidenda mobilia in curia fatis olim ilmi Przedwojewski episcopi Bolinensis vacante Rmum Capitulum ilrem rdum Gniewczyński notarium suum ad conscribendam tabulam mobilium in hac curia delegavit.

D. 17 Octobris, in capitulo hebdomadali [ordinario]:

[1755] s. 155. *Census ad Aerarium Ser. Regis Borussiae importandi, ut sint parati, in partem reponantur.* Ut census tam ex bonis, quam ex summis necnon ex fumalibus, in praesenti mense ad Aerarium Ser. Regis Borussiae importandi, sive summa horum censuum, per pilrem rmum Procuratorem obliquidata in partem, ut suo tempore praesto solutio sequatur, sit reposita, Rmum Capitulum decrevit.

[1756] s. 155. *Apparatus Rmo Capitulo donatus inter inventarium supellectilis ecclesiasticae annotetur.* Oblatum apparatum rubrum, opere phrygio factum, per ilrem magcam Podoska castellanidem Masoviae [45] inter mobilia supellectilis Ecclesiae Rmum Capitulum annotari mandavit. Ad agendas autem summas gratias pro hoc munere ilri magcae Podoska ilrem rmum Nikorowicz canonicum delegavit.

[1757] s. 155. *Illuminatio turris campanariae pilri rdo Bonorum Procuratori committitur* [*adventus causa Regis Borussiae*].

[1758] s. 156—159. *Ingrossatio litterarum in forma memorialis Ser. Regi Borussiae circa eius in Łowicz commorationem a Rmo Capitulo.*

Dieb. 9—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1759] s. 160. *Lectio estatutorum et recapitulatio decretorum* — —.

---

44 *Elsner wyższy urzędnik pruski.*

45 *Kasztelanka mazowiecka Podoska h. Junosza, córka Franciszka a bratanka zm. Prymasa.*

Relectis summarie statutis et decretis reformationum, tum capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, lista negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem[46] est conscripta.

[1760] s. 162. *Delegatio ad librum fundationum.* Pilrem rmum Loga canonicum ad revisionem libri fundationum Rmum Capitulum delegavit.

[1761] s. 162. *Vigor [datus] capitulo septimanali circa demarcationem bonorum [Capituli post secundam rescissionem Poloniae].*

[1762] s. 165 (11 Dec.). *Relatio Delegati*[f] *ad librum fundationum.* Retulit pilris rmus Loga canonicus, quod librum absolutarum fundationum revidit, in eoque tam septimanas per pilres rmos Praelatos et Canonicos, quam obligationem per Minorem Clerum absolutas et annotatas reperit.

[1763] s. 166. *Relatio p. rmi Loga canonici delegati ad visitationem fundorum Decanatus et Custodiae.* Pilris rmus Loga Gnesnensis et Loviciensis canonicus praesenti Rmo Capitulo generali retulit se delegationi suae satisfecisse respectu visitationis fundorum Decanatus et Suffraganeatus Łoviciensis, tum Custodiae. Inventaria conscripta horum fundorum per eundem pilrem Delegatum Rmum Capitulum in **Archivo** Capitulari Notario suo reponere mandavit.

[1764] s. 166—167. *Demarcatio et alienatio bonorum [Capituli].*

[1765] s. 167. *Deputatio ad faciendam ordinationem Scholae Pauperum [Puerorum].*

## 1794

Die 6 Februarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1766] s. 172—176. *Ingrossatio litterarum memorialium ad Ser. Regem Borussiae a Rmo Capitulo directarum.* Relectis litteris supplicibus a Rmo Capitulo ad Ser. Regem Borussorum dirigendis per pilrem rmum Gregorium Zachariaszewicz Gnesnensem et Łoviensem canonicum, Capitulum pilri rmo **Zachariaszewicz** gratitudinem suam pro labore eiusdem in actis exprimere mandavit, litterasque taliter per eundem confectas [de] verbo ad verbum actis suis ingrossari: „Serenissime Rex, Domine Clementissime! — —

[1767] s. 176—180. *Ingrossatio litterarum memorialium a Clero Minori [Collegiatae] Inclytae Camerae Petricoviensi porrectarum.*

D. 10 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1768] s. 184. *Electio Procuratoris causarum [F. Nikorowicz].*

[1769] s. 185. *Notario proventuum Mysłaków flor. 200 pro annua pensione.* Rmum Capitulum, attenta exiguitate pensions annuae Notarii proventuum in Mysłaków[47], pensionem eius annuam ad florenos 200 augendam censuit, exsolutionemque eius huic Notario pilri rdo Procuratori Bonorum solvendam praecommisit.

D. 9 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1770] s. 186—187. *Lectio statutorum et decretorum* — —. Relectis summarie statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti ac

---

[f] Delegatorum *akta.*

[46] *Sufr. i prał. dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*

[47] *Mysłaków wieś kapituły w par. Bednary.*

subsequentium hebdo[*s. 187*]madalium, lista negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem [48] est conscripta.

[1771] s. 188. *Gratitudo pilri rmo Zachariaszewicz.* Praesens generale capitulum pilris rmi **Zachariaszewicz** canonici praestitorum sibi validorum obsequiorum optime conscium, quae tam antehac sub regimine Regni Poloniae, quam sub moderno Bonum Capitulare summe afficientia sustinuit et cum optimo sperando exitu sustinere volet, eidem rmo Confratri suo unanimi voto summissimam devovet gratitudinem, eidemque duos menses gratiarum lucrandos addit et donat.

## 1795

Die 22 Ianuarii, in capitulo [partiali] ordinario:

[1772] s. 190—191. *Ingrossatio litterarum memorialium in negatio diminutionis impositae frumentorum convectionis ab ecclesiis Districtuum Sochaczoviensis et Gostinensis.* „Serenissime ac Potentissime Rex, Domine Clementissime! — —

[1773] s. 192—193. *Ingrossatio memorialis ratione liberationis* [g] *curiarum a statione militari.* „Serenissime ac Potentissime Rex! — —

Diebus 27—28 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1774] s. 195. *Lectio statutorum et decretorum* — —. Relectis summarie statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, lista negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem [49] est conscripta.

[1775] s. 195. *Deputatio ad Sacristiam.* Ad revisionem Sacristiae et libri fundationum pilris rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1776] s. 195. *Praecommittitur pilri Procuratori, ut rudera campanilis antiqui demoliri et coemeterium claudcre faciat.* Cum campanile antiquum nondum plene sit demolitum, et coemeterium Ecclesiae Collegiatae debita clausura careat, Ilmum et Rmum praesens generale Capitulum pilri Procuratori committit, ut rudera haec demoliri et evehi ac clausuram coemeterii decentem ex muro fieri demandet.

[1777] s. 197 (28 Maii). *[Procuratores in annum sequentem electi: bonorum I. Siegel, causarum F. Nikorowicz].*

[1778] s. 198. *Aedituis Ecclesiae eleemosyna assignatur.* Atenta moderna victualium carentia [h], Rmum Capitulum praesens aedituis seu servis Ecclesiae suae Collegiatae ad solita ipsorum stipendia titulo eleemosynae per 18 florenos unicuique illorum addere, pro hac sola vice, decrevit.

[1779] s. 198. *Renovatur decretum respectu lectionis praesentiarum.* Decretum ante aliquos annos respectu lectionis qualibet die ordinaria feria quinta capitulari praesentiarum et interessentiarum renovatur, haecque lectio punctualis rdo **Secretario** praecommittitur.

D. 21 Septembris, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1780] s. 199. *Salutatio cels. Principis Archipraesulis* [50] *per Rmum Capitulum decernitur.*

---

[g] Libertationis akta.
[h] caristia *błęd. akta.*
[48] *Sufr. i dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*
[49] *Sufr. i prał. dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*
[50] *Ignacy Krasicki h. Rogala, m.in. arcybp gnieźn. w l. 1795—1801.*

D. 21 Octobris, in capituli [partiali] extraordinario:

[1781] s. 201—202. *[Ingrossatio litterarum memorialium ad Regem Borussiae].* „Serenissime et Potentissime Rex, Domine Clementissime! — — !

D. 3 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1782] s. 204—206. *[Litterae supplices ad Regem Borussiae].* „Najjaśniejszy Królu, Panie Miłościwy! — —

Dieb. 9—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1783] s. 206. *Lectio statutorum et decretorum — —.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem[51] est conscripta.

[1784] s. 210 (10 Dec.). *Praecommittitur pilri Procuratori conductio Iustitiarii.* Cum variae lites et controversiae cum colonis bonorum capitularium non aliter nisi via processus finiri valeant, mediumque ad id opportunissimum sit conductio Iustitiarii[52], idcirco quatenus pilris Procurator rectum et idoneum virum, a Regimine Supremo approbatum, eligat, cum eodem contractum annuum ineat, eidemque non ultra 600 florenos polon. annuae pensionis statuat, decrevit.

[1785] s. 210. *Delegatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri fundationum pilris rdus Nikorowicz canonicus deputatus.

## 1796

Diebus 18, 20 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1786] s. 217. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem[53] est conscripta.

[1787] s. 218. *Deputatio ad revisionem Sacristiae.* Ad revisionem Sacristiae delegatus pilris canonicus Loga.

[1788] s. 218. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri fundationum deputatus pirlis canonicus Kamieński.

[1789] s. 218 (20 Maii). *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Retulit pilris rdus Kamieński suo Capitulo septimanas Dominorum et obligationes Cleri in libro ad id comparato annotatas esse.

[1790] s. 219. *Electio Procuratorum [bonorum I. Siegel, causarum F. Nikorowicz].*

[1791] s. 220. *Relatio Delegati ad Sacristiam.* [Nihil scriptum est].

Die 30 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1792] s. 222. *Susceptio in Substitutum Secretarium Capituli adm. rdi Petri Śladecki et iuramentum.* Cum moderno tempore, quo agitur Łovicii Commissio Regia in ordine detaxationis proventuum ecclesiasticorum, variasque in scriptis informationes et documenta ex Archivo Capituli exigit, ilris Gniewczyński sui Rmi Capituli secretarius hinc a die 10 Iunii Łovicio discessit nec de suo reditu citiori vel otiori ullam praebet notificationem. Rmum Capitulum praesens providendo, ne ex absentia Se-

---

[51] *Sufr. i dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*

[52] *Radca prawny. W XVII stuleciu posiadano go z nazwą syndyk.*

[53] *Sufr. i prał. dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*

cretarii Commissio Regia in suis desideriis frustretur vel moram patiatur cum dispendio Ecclesiae, in Substitutum Secretarium adm. rdum Petrum Śladecki applicatum psalteristam Collegiatae praesentis [54] suscipiendum decrevit. Qui taliter susceptus iuramentum in capitulo praesenti in eam rotham:

Ego Petrus Śladecki iuro Deo Omnipotenti, quod assumptus in Substitutum Secretarium Capituli, Archivum Capituli custodiam, omnia accurate scriptis mandabo, secreta Capituli peromnia servabo, praesentias Dominorum Praelatorum et Canonicorum fideliter connotabo et omnia, quae munus Secretarii concernunt, diligenter obibo, praestitit.

Praestitio itaque in manibus pilris canonici Nikorowicz iuramento praeinserto, eidem novo assumpto Secretario clavem ad Archivum reddendum et adinterim, a die 1 Iulii incipiendo, trimestrem per florenos 200 pensionem cum obligatione missarum Secretarios concernente, ad eum pertinere declarando; reliquorum proventuum ad futurum capitulum generale differrendum Domini Praesentes decreverunt.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1793] s. 229. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, compendium negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem [55] est conscriptum.

[1794] s. 229. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri fundationalis pilris rdus Kamieński canonicus est deputatus.

[1795] s. 232 (12 Dec.). *Adm. rdi Petri Śladecki ad psalteriam praesentatio.* Ad psalteriam in Ecclesia Collegiata praesenti, post ascensum ilris Petri Gniewczyński ad Praeposituram B. V. Mariae Varsaviensem [56], immediati dicti psalteriatus possessoris vacantem, Capitulum praesens adm. rdum Petrum Śladecki substitutum secretarium [57], per quem de iure praesentandum et servatis, iuxta ordinationem Supremi Regiminis, servandis, instituendum censuit.

## 1797

Diebus 7—9 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1796] s. 235. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, compendium negotiorum in moderno capitulo tractandorum, per ilmum Praesidem [58] est conscriptum.

[1797] s. 235. *Deputatio ad Sacristiam et librum fundationum.* Ad revisionem Sacristiae et ad librum fundationum deputatus est pilris rmus Loga canonicus.

[1798] s. 236 (8 Iun.). *Relatio Deputati ad revidendam suppellectilem ecclesiasticam, librum fundationum et hospitalia — —.* Pilris rmus Lu-

---

[54] *Piotr Śladecki w r. 1794, jako kleryk, kandydat na psalterię; teraz, jako kapłan, zastępca notariusza i notariusz; czystopis akt prowadził już od 1794.*

[55] *Sufr. i dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*

[56] *Ks. Gniewczyński prawdopod. był kapłanem diec. poznańskiej, od 1798 (w Warszawie) warszawskiej.*

[57] *W r. 1796 Śladecki obejmuje także psalterię.*

[58] *Sufr. i prał. dziek. Szajowski — jak przyp. 28.*

dovicus Loga Ecclesiarum Metrop. Gnesnensis et Insignis Collegiatae Loviciensis canonicus ad supraexpressa deputatus retulit: et 1-mo, quod supellectilem ecclesiasticam reperit in toto, prout inventario ecclesiastico est descripta; ex qua supellectili, quae asservari Rmum Capitulum demandavit, asservata sunt; 2-do liber fundationum, in quo missae per Clerum absolutae, iuxta antiquiorem et laudabilem consuetudinem assolent connotari, et modo haecce consuetudo per Clerum eundem adimpletur; quod vero attinet septimanas Dominorum, harum annotatio in nonnullis locis est omissa; 3-tio retulit in Hospitali — —

[1799] s. 238. *[Procuratores electi in annum sequentem: causarum F. Nikorowicz, bonorum I. Siegel].*

[1800] s. 239. *Oblatio calicis ab ilmo Szajowski eppo ad capellam publ. in Boczki.* Quoniam ilmus et rmus dnus Gasparus Szajowski episcopus Larandensis, subveniendo commoditati Cleri ad capellam publicam in Boczki sub tempus sollemnitatum S. Rochi et S. Rosaliae cum celebratione missarum supervenientis, calicem argenteum et intus deauratum comparari et usui dictae capellae applicari fecit, Rmum Capitulum beneficium hoc eiusdem ilmi Episcopi supramemorati perpendendo, illud in actis suis connotari mandavit.

[1801] s. 239. *Perscriptio Missae Romanae.* Quoniam Missa Romana admodum in variis ecclesiis, praecipue cathedralibus, est recepta et in usu habetur, ideo insinuatur, ut adm. rdi Ecclesiae praesentis Vicarii eandem sibi transumi curent et eveniente necessitate in cantu ipsius eandem cantent.

[1802] s. 239. *Instrumenta choralia.* Ad verificationem instrumentorum musicalium, utrum haec in suo statu vel num si aliqua parte imminuta aut deteriorata sint, Rmum Capitulum **Secretarium** suum destinavit.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1803] s. 243—244. *Inchoatio capituli et lectio statutorum.* Absoluta missa votiva invocatoque Spiritu Sancto, statuta more solito relecta sunt necnon [*s. 244*] decreta generalis capituli immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, ex quo l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem [59] est conscripta.

[1804] s. 244. *Invigilantia Ecclesiae noctu psallentibus Psalterium inculcatur.* Quoniam moderno tempore contingit saepissime spoliatio ecclesiarum, idque sine perinvestigandi spoliatores, idcirco Rmum Capitulum ilri rdo Jaramowski vicecustodi praesentis Ecclesiae praecommittit, quatenus incantantes noctu Psalterium et alterum Sanctuarium apud se dormientem, non solum ad maiorem in eo decantando diligentiam, verum etiam ad circumeundam Ecclesiam (praecipue tempore turbinum) unaquaque hora obliget et obstringat.

## 1798

Diebus 28 Maii —1 Iunii, in capitulo [generali] Pentecostes:

[1805] s. 252 (30 Maii). *Lectio statutorum.* Relectis more solito statutis factaque recapitulatione decretorum capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium illisque approbatis, compen-

---

[59] *Jak przyp. 58 (28).*

dium negotiorum in praesenti capitulo tractandorum per ilmum et rmum Praesidem [60] est conscriptum.

[1806] s. 253. *Deputatio ad Sacristiam et librum fundationum.* Ad revidendam supellectilem ecclesiasticam et librum fundationum pilris adm. rdus Kamieński canonicus Łoviciensis est deputatus.

[1807] s. 255 (31 Maii). *Relatio Deputati ad Sacristiam.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus, ad revisionem Sacristiae, supellectilem ecclesiasticam et librum fundationum deputatus, retulit supellectilem ecclesiasticam integram exsistere, prout inventario ecclesiastico est conscripta. 2-do liber fundationum, in quo missae et septimanae Dominorum connotantur, in aliquibus locis idiget supplemento.

[1808] s. 255 (1 Iun.). *Electio Procuratoris Causarum [F. Nikorowicz].*

[1809] s. 257. *Candelae in Festo Purificationis BVM.* Ne suum Capitulum gravetur expensis minus necessariis ordinat, ut candelae in Festo Purificationis B. V. Mariae Praelatis et Canonicis Minorique Clero et aliis distribui solitae rursus ab eisdem rehabeantur, et praecise soli usui Ecclesiae applicentur.

Dieb. 10—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1810] s. 277. *Lectio statutorum.* Relectis statutis factaque recapitulatione decretorum capituli generalis immediate praeteriti ac subsequentium hebdomadalium, ex quibus, cassatis nonnullis, reliqua Domini Capitulares ratihabuerunt, ubi insimul compendium negotiorum in moderno capitulo tractandorum per pilrem rmum Praesidem [61] est conscriptum.

[1811] s. 277. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum fundationum deputatus pilris adm. rdus Wiesiołowski canonicus [62].

[1812] s. 278 (11 Dec.). *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Pilris adm. rdus canonicus Wiesiołowski ad revidendum librum fundationum, in quo missae per Praelatos et Canonicos necnon Minorem Clerum absolutae assolent connotari, deputatus retulit, quod haec consuetudo a Clero Minori observetur.

Die 27 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1813] s. 281—291. *[Varia de scholis in Łowicz].*

## 1799

Die 24 Ianuarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1814] s. 292. *Obitus ilris adm. rdi Iacobi Jaramowski vicecustodis.* Ilris adm. rdus Iacobus Jaramowski Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis canonicus honorarius, psalterista et vicecustos, sacramentis munitus, die 23 mensis et anni currentis hora tertia matutina obiit. Cuius corporis sepulturae cum exsequiis dies 25 assignata.

[1815] s. 292. *Substitutio Vicecustodis.* Officium Vicecustodis Ecclesiae praesentis, obitu ilris admodum rdi Iacobi Jaramowski immendiati vicecustodis vacans, adinterim, donec subiectum idoneum ad obeunda huiusmodi, tum catechistae et confessarii, munia adinvenietur, adm. rdo Petro Śladecki notario suo praesens Capitulum committit.

---

[60] *Jak przyp. 28.*

[61] *Prał. kust. Nowicki — jak przyp. 2.*

[62] *Teodor Wiesiołowski m.in. od r. 1794 kan., od 1800 prał. kust., w l. 1823—1830 prał. prepoz. łow., surogat.*

[1816] s. 292. *Obsigillatio stubae cum mobilibus olim ilris adm. rdi Jaramowski.* Pilris adm. rdus Procurator retulit post decessum e vita olim ilris rdi Jaramowski de eius obitu Inclytam Commissionem Iustitiae illico notificasse, consequenter stubam cum eius mobilibus ab eadem Commissione obsigillatam esse sigillo tam eiusdem Commissionis, quam et Capituli in praesentia sui Procuratoris, quam et rdi Notarii Capituli necnon consanguineorum demortui. Post cuius sepulturam officiosam inventarii mobilium demortui derelictorum conscriptionem secuturam esse, notificavit.

D. 28 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1817] s. 294—313. *[Varia ad Montem Pietatis et hospitalia].*

Diebus 15—17 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1818] s. 313—314. *Lectio statutorum.* Ad mentem statutorum Ecclesiae suae lectio eorundem in praesenti capitulo non est intermissa necnon decretorum immediati generalis capituli et subsequentium hebdomadalium, quibus [*s. 314*] approbatis, tractanda in praesenti capitulo per pilrem rmum Praesidem [63] sunt conscripta.

[1819] s. 314. *Vicecustos adm. rdus Broniszewski.* Recommendato a pilri rmo Zachariaszewicz adm. rdo Broniszewski in Ecclesia Petricoviensi applicato [64], praesens Rmum Capitulum officium Vicecustodiae necnon Psalteriae Ecclesiae praesentis, obitu immediati possessoris ilris Iacobi Jaramowski canonici, vicecustodis et psalteristae vacantem, confert et eundem instituendum per quem de iure censet.

[1820] s. 315. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri fundationum pilris adm. rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1821] s. 315. *Deputatio ad revisionem inventarii ecclesiastici.* Ad verificandum inventarium ecclesiasticum et eundem denoviter conscribendum Rmum Capitulum pilrem adm. rdum Kamieński canonicum delegavit.

[1822] s. 317 (16 Maii). *Electio pilris Procuratoris [unius — F. Nikorowicz].*

[1823] s. 321 (17 Maii). *Habitationes Aedituorum.* Capitulum praesens praecommittit pilbus adm. rdis Kamieński et Nikorowicz canonicis, ut habitationes pro Sacellanis revideant et eas meliorare aut denovo exstruere curent.

Dieb. 9—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1824] s. 334. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti et subsequentium hebdomadalium, l i s t a negotiorum per ilmum Praesidem [65] est conscripta.

[1825] s. 335. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum fundationum, in quo septimanae Dominorum necnon Altaristarum et aliarum fundationum solent connotari, deputatus est pilris rmus Archidiaconus [66].

[1826] s. 335. *Deputatio ad inventarium.* Ad verificandam et revidendam supellectilem Ecclesiae, iuxta inventarium noviter descriptum, pilris

---

[63] *Prał. kust. Nowicki — jak przyp. 2.*
[64] *Ks. Broniszewski wicekustosz kolegiaty po Jaramowskim.*
[65] *Prał. kust. Nowicki — jak przyp. 2.*
[66] *Feliks Wodziński h. Jastrzębiec, dr teol. i ob. prawa, m.in. prał. archid. łow. w l. 1785—1812.*

adm. rdus Kamieński deputatus est, cum relatione in futuro generali capitulo facienda.

[1827] s. 337 (10 Dec.). *Relatio de libro fundationum.* Pilris rmus Archidiaconus, ad revisionem libri fundationum deputatus, retulit se librum praefatum, ubi necesse fuit, subscripsisse et hoc adinvenisse, quod septimanae Dominorum diligenter insertae sint. Quod autem attinet connotationem aliarum missarum, haec annotatio per adm. rdos Altaristas nequidem incepta sit.

## 1800

Diebus 4—6 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1828] s. 345. *Lectio statutorum.* Relectis statutis, iuxta morem et consuetudinem antiquam, tum decretis immediati generalis capituli et sequentium hebdomadalium, tractanda in moderno capitulo per ilmum Praesidem [67] conscripta sunt.

[1829] s. 345. *Ut superpelliceati Ecclesiam ingrediantur.* Praesens Rmum Capitulum ad mentem statutorum decretum: ut Domini superpelliceati Ecclesiam ingrediantur, reassumit.

[1830] s. 345. *Deputatio ad revisionem inventarii et Sacristiae.* Ad revidendum Ecclesiae inventarium et Sacristiam, tum librum fundationum pilris adm. rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1831] s. 345. *Deputatio ad visionem curiarum.* Ad visionem curiarum pilris rmus Loga Metrop. Gnesnensis et Łoviciensis canonicus deputatus est.

[1832] s. 345—346. *Facultas Regia* [68] *ad demolendas curias [can. Jastrzębowski et Wiesiołowski].*

[1833] s. 346—347 (5 Iun.). *Relatio de inventario Ecclesiae.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus ad inventarium Ecclesiae deputatus retulit, quod Sacri[*s. 347*]stiae fecerit et quod quaedam, quae adpraesens inveniuntur, non erant in veteri inventario inscriptae. Itaque decernitur, ut extraditionem talium praetendens, prius documentum seu regestrum demonstret.

[1834] s. 348. *Pensio Notarii minuenda.* Ob diminutionem proventuum capitularium, ab annua pensione Notarii Rmi Capituli praesens Rmum Capitulum florenos trecentos detruncandos decrevit.

[1835] s. 348. *Domus p.d. Vicecustodis* [69] *pro pilri adm. rdo Wiesiołowski concessa.* Quoniam lapidea fundi S. Ioannis demolita et diruta exstitit, ideo ad illationem pilris adm. rdi Wiesiołowski canonici, qui taliter curia destitutus, praesens Rmum Capitulum annuendo decrevit, ut habitatio in superiori condignatione eidem pilri adm. rdo Canonico concedatur, exceptis tamen cubiculis, quae pro habitatione Aedituorum inferius et unica camera pro conservandis rebus Ecclesiae sunt necessaria.

[1836] s. 349. *Electio Procuratoris massae et causarum.* Praesens Rmum Capitulum unanimi voto in Procuratorem massae et causarum [una] pilrem adm. rdum Franciscum Nikorowicz canonicum elegit vigore praesentium.

---

[67] *Prał. kust. Nowicki — jak przyp. 2.*
[68] *Fryderyk Wilhelm III król pruski w l. 1797—1840.*
[69] *Ks. Broniszewski nie zajął jeszcze w całości tego domu.*

Die 30 Iulii, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1837] s. 351—352. *Copia citationis ilmi dni de Sołtyk praepositi Łoviciensis [per archieppum Krasicki].*

D. 4 Septembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1838] s. 354. *Obitus pilris rmi Nowicki custodis Łoviciensis.*

Dieb. 9—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1839] s. 357. *Lectio statutorum.* Relectis more solito statutis et decretis tam generalis capituli, quam subsequentium hebdomadalium, l i s t a per pilrem rmum Praesidem [70] in moderno tractandorum negotiorum conscripta est.

[1840] s. 361 (10 Dec.). *Contractus cum Purgatore caminorum iniendus.* Ne ex omissa et neglecta purgatione caminorum aliquod periculum incendii subsequatur, praesens Rmum Capitulum pilri adm. rdo Procuratori committendum esse duxit, quatenus contractum annuum cum Purgatore caminorum ineat solutionemque tam ex curiis Dominorum, quam Praebendariorum ex Massa faciat.

## 1801

Die 19 Februarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1841] s. 361. *Reparatio tecti in residentia adm. rdi Notarii.* Expensam pro reparatione tecti in residentia adm. rdi Notarii Capitularis, turbine desolati, praesens Rmum Capitulum ex Massa compensandam decrevit.

D. 26 Februarii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1842] s. 362—364. *Testificatio gratitudinis cels. principi Archieppo Gnesnensi [Krasicki] pro declarata intentione formandi novi statuti [Capituli — epistola et puncta ad reductionem personarum].* Zob. nr [1867].

[1843] s. 364—365. *Sententia contra ilmum de Sołtyk praepositum Łoviciensem [archieppi Krasicki].*

D. 19 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1844] s. 365. *Obitus comitis Krasicki archieppi Gnesnensis [sabb. 14 Martii Berolini].*

Diebus 27 Maii — 1 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1845] s. 376. *Lectio statutorum.* Relectis statutis, tum decretis immediate generalis capituli et subsequentium hebdomadalium, tractanda in moderno capitulo pilris rmus Praeses [71] conscripsit.

[1846] s. 376. *Revisio Sacristiae et libri fundationalis.* Ad revidendam Sacristiam seu supellectilem ecclesiasticam, necnon librum fundationalem pilris adm. rdus Thomas Kamieński canonicus deputatus est.

[1847] s. 377 (28 Maii). *Revisio curiarum.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus, ex immediato generali capitulo ad revisionem curiarum delegatus, eam curam praesenti capitulo in scripto produxit et circa acta ad servandum reposuit.

[1848] s. 378. *Solutio cappalium.* Ad suffraganeatum [Łoviciensem], episcopatus extraneos et praelaturas loci istius ex canonicis gremialibus Collegiatae praesentis promoti tantum mediatatem cappalium; ceterorumque pro clero, ministris et hospitali consuetarum largitionum, iuxta

[70] *Prał. archid. Wodziński — jak przyp. 66.*
[71] *Jak przyp. 66.*

praxim aliarum ecclesiarum, praecipue Almae Metropolitanae contribuunt, Capitulum praesens censuit.

[1849] s. 379 (29 Maii). *Relatio de Sacristia.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus, ad revisionem supellectilis ecclesiasticae deputatus, retulit, quod revisionem Sacristiae fecisset et inventarium: quid accessit et decessit subscripsisset. Quod attinet librum fundationalem omissas connotationes connotandas esse, praesens Rmum Capitulum demandavit.

[1850] s. 380. *Electio Procuratoris causarum et massae [T. Wiesiołowski].*

D. 18 Iunii, in capitulo hebdomadali [ordinario]:

[1851] s. 387—388. *Installatio pilris rmi Siegel [ad praeposituram post privationem Sołtyk].*

D. 16 Iulii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1852] s. 396. *Negotia Regimini proponenda Rmo Capitulo prius subiciantur.* Visum est suo Rmo Capitulo decernere, ut Collegia praesentis Ecclesiae in occurrentibus suis quibusvis negotiis, facta prius referentia suo Rmo Capitulo, dein illa Supremo Regimini proponant.

D. 17 Septembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1853] s. 402. *Mutatio clausurae et custodia nocturna Ecclesiae.* Ex casu recenter dato, ubi Ecclesia Sancti Spiritus Łoviciensis in cratis et ianuis effracta fuit, praesens Rmum Capitulum pilri adm. rdo Procuratori committendum esse duxit, quatenus fores et ianuas de novo sint factae et ut statim ingressus non a meridie, ut fuit, sed a septentrione, ubi etiam Psalterium decantatur. Ordinetur insuper, ut bini pauperes, unus ex Xenodochio S. Ioannis et unus ex Xenodochio S. Leonardi constituantur, qui per integram noctem Ecclesiam custodiant et salaria ex Eleemosyna Wężykoviana percipient.

Dieb. 9—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1854] s. 405. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immendiate praeteriti et hebdomadalium, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per pilrem rmum dnum Praesidem [72] est conscripta.

[1855] s. 405—407. *Ad Cultum Divinum quaedam opportuna praescribuntur.* — — **Publicationes** ordinationum tam ab Ecclesiastica, quam a Suprema Civili Potestate, praecipue periodice editarum, raro fiunt. [*s. 406*] Ordinationesque a iurisdictione Ordinaria libris praescriptis, ac ceterae patentes litterae et publicanda typo impressa ordine suo non conservantur. — —

*De libris metrices et ordinationum in capitulis subscribendis.* Ut libri metrices baptizatorum et copulatorum, defunctorum et denuntionum, quibusvis iuxta normam recenter praescriptam conscriptio haec incumbit, legibili charactere conscribantur. Ut sit liber pro inscribendis tam a Civili Suprema, quam ab Ecclesiastica Potestate ordinationibus editis in duplici exemplari, uno videlicet per unum de Rdis Vicariis, altero per rdum Capituli nostri Secretarium conscribendo, circa Ecclesiam conservetur Utque in capitulis nostris generalibus sub revisionem et subscriptionem omnes libri praecitati coram Deputato ad librum fundationum bis in anno producantur.

Ut **edicta** tam Civilis, quam Ecclesiasticae Potestatis per ilrem Deca-

[72] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 20.*

num foraneum loci, ad ecclesias parochiales transmittenda, rdus chori Hebdomadarius semper ex cursoria decanali suscipiat, in libro supraexpresso conscribat, et tunc ad rdum Secretarium Capituli pro simili descriptione in altero exemplari libri eiusmodi remittat. Qui rdus Secretarius circulares Decani ad Ecclesiam devenerit, tunc illud circa registraturam Rdorum Vicariorum pro faciliori tum publicatione, tum etiam, quoties opus sit, inspectione diligenter conservabitur. Attamen in utrumque exemplar libri superius descripti de verbo ad verbum in uno idiomate, exempli gratia Polonico, inserendum est. — —

[1856] s. 407. *Custodia Ecclesiae tempore nocturno.* Cum aliquot iam annorum tristissima experientia probatum sit fures ingenti numero grassari, hanc exosam hominum turbam aedes Deo sacratas frequentissime invadere, illas depopulari, profanationes Augustissimi Sacramenti in iisdem committere, incendia etiam permultis in locis, et in hac quoque Civitate domibus subicere. Ideo praesens Capitulum Ecclesiae suae indemnitati pro viribus prospiciendo statuit ac mandat, ut praeter vigilias per canentes Psalterium de nocte fieri solitas, adhuc vigilia altera foris in coemeterio circa hanc Ecclesiam per noctem deambulet.

Ad hanc vigiliam robustiores viri pauperes de Hospitali, praecipue S. Leonardi, bini et bini pro quavis nocte deputari, et ab hora decima vespertina usque ad horam quartam matutinam per turnum in coemeterio, lucernam manu tenentes, circumambulare tenebuntur. Horum vigilium debiti erit attendere, ut Psalterium decantans vigilet simul et psallat. Acsi aliquod periculum Ecclesiae imminere deprehenderint, mox psallentem praemoneant, ut tintinnabulum ad id erectum pulset. Pro hac custodia nocturna et externa unicuique ex binis custodibus septimanatim viginti quattuor grossi aënei Polonicales ex proventibus pro fabrica Ecclesiae assignantur. Ut vigiles huiusmodi fideliter obsequium suum adimpleant, rdus Praefectus **Sacristiae** atendere curabit.

[1857] s. 408. *Officium Deputati ad librum fundationalem.* Praesens Capitulum constituit, ut quivis Dominorum ad revidendum librum fundationalem deputatus etiam metricas natorum, copulatorum, defunctorum et denuntiationum necnon ordinationum civilium revideat et subscribat.

[1858] s. 408—411. *Descriptio negotii Custodiae Łoviciensis* [*vacantis*].

[1859] s. 412 (10 Dec.). *Deputatio ad librum fundationalem.* Ad revidendum librum fundationalem, ubi hebdomadae seu septimanae Dominorum et obligationes Altaristarum connotantur, pilris rmus Wiesiołowski canonicus deputatus est.

[1860] s. 417 (11 Dec.). *Relatio de libro fundationum.* Pilris adm. rdus Wiesiołowski canonicus, ad librum fundationalem revidendum deputatus, retulit se librum hunc revidisse et quod in nonnullis articulis connotatio obligationum sit omissa.

[1861] s. 417. *Publicae novellae sub titulo Gazeta Warszawska comparandae.* Ob rationem habendae notitiae, praesertim de venditionibus et sub hastationibus bonorum et ceteris similibus Capituli vel Cleri istius Ecclesiae interesse tangentibus negotiis, praesens Capitulum publicas novellas sub titulo G a z e t a W a r s z á w s k a a die prima Ianuarii anni futuri comparandas et ex proventu Massae Capitularis solvendas constituit. Quae novellae Dominis penes Ecclesiam residentibus communicabuntur ac deinde in **Archivo** Capituli compactae manebunt.

## 1802

Diebus 9—12 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1862] s. 435. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et punctis ex visitationibus Archiepiscoporum etc., lista ad tractandum per pilrem rmum Praesidem [73] est conscripta.

[1863] s. 435 (10 Iun.). *Lectio decretorum hebdomadalium.* Continuando lectionem decretorum hebdomadalium, pilris rmus Praeses [74] tractanda negotia in moderno capitulo ulterius connotavit.

[1864] s. 435. *Deputatio ad Sacristiam.* Ad revidendam supellectilem ecclesiasticam, tum metricas librumque fundationum, iuxta praescripta in anteriori capitulo generali [facta], pilris rmus P. Jastrzębowski deputatus est.

[1865] s. 436 (11 Iun.). *Relatio Deputati ad Sacristiam.* Ex relatione pilris rmi Jastrzębowski canonici, ad revisionem Sacristiae, libri fundationalis et metricas deputati, praesens Rmum Capitulum sequentia ordinavit: ut 1-mo quaedam pacificalia, calices et cetera usui nunc minime necessaria, accurate conscripta, in aliquo tuto et commodo loco reposita, in praesentia pilris adm. rdi Kamieński canonici, obsigillentur; ut 2-do coëmantur de panno nigri coloris quotquot cubiti ad velandum fastigium (całun dictum) necessarii; ut 3-tio Maius Altare in festis sollemnibus, prout antea fuit, antependio argenteo et candelabris [1] argenteis adornetur. Denique, ut defectus in conscriptione librorum adinventi quantocius suppleantur.

[1866] s. 439 (12 Iun.). *Electio Procuratoris* [*can. Wiesiołowski*].

[1867] s. 441. *Deputatio ad conficiendum planum reductionis Personarum Capitularium.* Ad conficiendum planum reductionis Personarum Capitularium praesens Rmum Capitulum pilres adm. rdos Franciscum Czajkowski, Theodorum Wiesiołowski et Nicolaum Alexium Ondernard [75] canonicos Łovicienses delegavit. Por. nr [1842] i zob. nr [1876].

[1868] s. 441. *Reparatio domus Aedituorum.* Reparationem in domibus Aedituorum faciendam ex Massa pro Fabrica Ecclesiae, omni meliori modo, praesens Rmum Capitulum pilri adm. rdo Procuratori praecommisit.

Die 27 Iunii, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1869] s. 442. *Obitus ilmi et rmi Gasparis Szajowski suffraganei et decani Łoviciensis.*

Dieb. 9—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1870] s. 458. *Lectio statutorum.* Relectis summarie statutis, visitationibus Archiepiscoporum, litteris Camerarum civilium iurisdictionum necnon decretis hebdomadalibus, tractanda per ilrem rmum Praesidem [76] in moderno capitulo conscripta sunt.

[1871] s. 459. *Instrumenta choralia et de Musicis decretum.* Pilris adm. rdus Ondernard canonicus Łoviciensis, per decretum immediate generalis capituli praefectus Musicae electus, revisionem instrumentorum choralium iuxta inventarium, una cum pilri adm. rdo Procuratore,

---

[1] Candelaribris *akta.*

[73] *Prał. archid. Wodziński — jak przyp. 66.*

[74] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 20.*

[75] *Mikołaj Aleksy Ondernard Lotaryńczyk, bak. teol. i mgr sztuk, m.in. kan. łow. w l. 1801—1816, 1828—1831 biskup diec. Namur.*

[76] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 20.*

se prefecisse, retulit. Qua relatione Rmum Capitulum perpensa, eidem pilri adm. rdo Procuratori praecommisit, ut instrumenta choralia, prout ipsi videbitur, ad usum Ecclesiae magis necessaria, vel permutando vel reparando, aut omni meliori modo bona acquirendo, comparentur. De ipsis vero Musicis statuendum venit, ut abhinc nullus se ab Ecclesia absentari audeat, nisi obtenta prius a pilri Praefecto licentia, cuius auctoritati et activitati inspectio instrumentorum, regimen Chori et Musicorum in pleno relinquitur.

[1872] s. 461. *Deputatio ad librum fundationum etc.* Ad revidendos libros, iuxta decretum in anno 1801 latum, pilris adm. rdus Thomas Kamieński canonicus deputatus est.

[1873] s. 461—462. *Litterae dni consiliarii Temme [ad Capitulum] respectu concedendi loci in coemeterio Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis pro statione Praesidii Militaris ac alterius pro Officina Lanionum.*

[1874] s. 472 (10 Dec.). *Quilibet Dominorum domum conducens contractum ineat.*

[1875] s. 472. *Relatio Deputati ad libros.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus, ad revidendos libros metrices et fundationum deputatus, retulit, quod omnia diligenter conscripta sunt.

[1876] s. 474—484 (13 Dec.). *Capitulum Łoviciense reductionem gremii sui optat, cuius reductionis planum in statu, quo ingrossatur.* Por. nr [1842] i [1867] [77].

## 1803

Die 28 Februarii, extra capitulum:

[1877] s. 490—501. *Descriptio status Montis Pietatis Łovicii exsistentis secundum puncta quaestionum a Regia Belli et Dominiorum Varsaviensi Camera propositarum — — [cum tabellis].*

Diebus 1—4 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1878] s. 509. *Lectio statutorum.* Relectis summarie statutis et punctis ex visitationibus Archiepiscoporum depromptis, tum decretis hebdomadalibus, litteris Regiae Camerae et Regentiae Varsaviensis ad Rmum Capitulum directis, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per ilmum Praesidem [78] est conscripta.

[1879] s. 511. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri, in quo onera missarum describuntur, tum metricas etc. pilris rmus Paulus Jastrzębowski canonicus deputatus est.

[1880] s. 511. *Deputatio ad revisionem Sacristiae.* Ad revidendam supellectilem Sacristiae et Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis pilris adm. rdus Thomas Kamieński canonicus deputatus est.

[1881] s. 512 (2 Iun.). *Relatio Deputati ad Sacristiam.* Pilris adm. rdus Thomas Kamieński canonicus, ad revisionem supellectilis Ecclesiae deputatus, producto inventario, quod accessisset, demonstravit retulitque, quod nonnulla frustula ad antependium argenteum desint; quae comparanda pilri adm. rdo Procuratori committuntur.

---

[77] *Por. Statuty świetnej kapituły w Łowiczu. Zebr. oprac. i wyd. St. Librowski. „Arch. Bibl. Muz." t. 42: 1981 s. 377—384: Plan redukcji prebend z lat 1800—1802.*

[78] *Jak przyp. 76 (20).*

[1882] s. 512. *Instrumenta choralia.* Respectu instrumentorum choralium reassumitur decretum folio 459 latum.

[1883] s. 513. *Electio pilris Procuratoris* [*can. Wiesiołowski*].

[1884] s. 516 (3 Iun.). *Revisio curiarum.* Ad revisionem curiarum et earum descriptionem deputantur pilres adm. rdi Theodorus Wiesiołowski et Nicolaus Alexius Ondernard canonici, cum obligatione relationis in futuro capitulo praestandae.

[1885] s. 516 (4 Iun.). *Relatio Deputati ad librum.* Pilris rmus Jastrzębowski canonicus, ad librum fundationalem deputatus, retulit se subscripsisse librum, in quo septimanae Dominorum connotari solent, reliquas vero obligationes missarum brevi se subscribendum declaravit.

[1886] s. 527. *Relatio de massa defuncti ilris Jaramowski* [*vicecustodis*]. Ad numerandum peculium ilris Jaramowski, quod in Deposito Capitulari reponere et manere Domini concesserunt, deputatur pilris adm. rdus Ondernard canonicus Łoviciensis; ad praestandam insuper de integra causa relationem vigor septimanali capitulo relinquitur.

Dieb. 9—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1887] s. 536. *Lectio statutorum.* Lectio statutorum et punctorum ex visitationibus depromptorum, tum decretorum immediati generalis capituli et subsequentium observata fuit, ex quibus l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum est descripta.

[1888] s. 537. *Deputatio ad librum fundationum et metricas.* Ad revisionem libri fundationalis et metricarum pilris adm. rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1889] s. 539 (12 Dec.). *Relatio Deputati ad libros.* Ex relatione pilris adm. rdi Kamieński canonici, ad revidendum librum fundationalem et metricas deputati constat, quod liber metrices copulatorum solummodo ad diem 18 Aprilis et natorum ad 14 Octobris anni 1803 conscripti sint, quamvis ad diem 9 Decembris conscripti esse deberent. Proinde Collegium Vicariorum capitulariter monendum praesens Rmum Capitulum constituit.

[1890] s. 540—542. *Relatio de revisione curiarum* [*tredecim*].

[1891] s. 543—550. *Ingrossatio praescripti de administratione Scholae Pauperum Alumnorum S. Leonardi dictae, in capitulo generali Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis mense Decembri 1803 renovati* [*Ordinatio*].

[1892] s. 550—551. *Revisionis curiarum copiae extradendae* [*praelatis et canonicis*].

[1893] s. 551—552 (13 Dec.). *Cum Cantoribus contractus describendi.*

[1894] s. 552—557. *Productio contractuum canonicalium* [*quattuor curias contingentium*].

[1895] s. 557—559. *Tabella proventuum pro Chori Cantoribus et Musicis Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis* — —

[1896] s. 561—566. [*Contractus cum quattuor Cantoribus*].

[1897] s. 567. *Inventarium Scholae.* Ad describendum inventarium Scholae pilres adm. rdi Provisores eiusdem scholae deputati sunt.

**1804**

Die 22 Ianuarii, in capitulo [partiali extraordinario]:

[1898] s. 577. *Relatio de curiis desolatis.*

Diebus 23—25 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1899] s. 582. *Lectio statutorum.* Relectis summarie statutis et punctis ex visitationibus Archiepiscoporum, tum decretis hebdomadalibus, litteris ad Rmum Capitulum directis, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per pilrem rmum Praesidem[79] conscripta est.

[1900] s. 583. *Deputatio ad Sacristiam etc.* Ad revidendam supellectilem Ecclesiae, iuxta praescriptum recentius factum, pilris adm. rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1901] s. 583. *Destinatio proventuum ex fundis canonicalibus vacantibus.* Cum proventus ex fundis canonicalibus vacantibus, ut sunt adpraesens proventus ex fundo medietatis Złaków Kościelny [post Nikorowicz], medietatis Złaków Borowy [post Świnarski], nec successoribus defunctorum persoluto anno gratiae, nec etiam neonominandis canonicis cedere possunt, proinde Rmum Capitulum ordinavit et decrevit, ut proventus ex taliter vacantibus fundis canonicalibus ad usum **Massae Capitularis** computentur.

[1902] s. 584 (24 Maii). *Relatio Deputati ad Sacristiam.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus, ad revidendam supellectilem Ecclesiae deputatus, retulit, quod supellex Ecclesiae in toto est, libri etiam metrices mortuorum, natorum et copulatorum, tum liber fundationalis descripti sunt.

[1903] s. 585. *Electio pilris Procuratoris* [*can. Wiesiołowski*].

[1904] s. 585. *Fundatio Montis Pietatis usque ad plenam Sedem Archiepiscopalem in statu moderno relinquitur.*

[1905] s. 589 (25 Maii). *Domus Aedituorum.* Ex relatione facta per Deputatos de domo Aedituorum Rmum Capitulum decrevit, ut sive reparationem, sive de novo aedificationem earundem domorum partiale capitulum fieri curet.

[1906] s. 589. *Notarius secundus M. Pietatis.* Officium Notarii Montis Pietatis adm. rdo Notario Capituli[80] Rmum Capitulum conferendum decrevit atque confert per praesentes.

Dieb. 10—13 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1907] s. 595. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendos libros tam fundationum, quam metricas pilris rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1908] s. 606 (11 Dec.). *Summae non fructificantes locandae.* Auctorisatur septimanale capitulum ad supplicandam Regiam Cameram, ut summae capitales non fructificantes (quarum clara elucidatio, unde proveniant et componantur, in actis Capitularibus facienda est) in bonis terrestribus debitis, ultra dimidium minime oneratis, locari valeant. Quota haec in bonis locanda iuxta praesentem computum pilris adm. rdi Procuratoris ad florenos 13000 ascendit.

[1909] s. 607 (12 Dec.). *Eleemosyna pro erubescentibus.*

[1910] s. 607. *Legitimatio Notariorum Montis Pietatis.*

[1911] s. 608. *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Pilris adm. rdus Kamieński canonicus, ad revisionem libri fundationum et metricas deputatus, facta revisione et subscriptione retulit, quod haec omnia satis diligenter connotata sunt, prout et debent.

---

79 *Prał. archid. Wodziński — jak przyp. 66.*

80 *Ks. Piotr Śladecki — jak przyp. 54 +, 57.*

[1912] s. 608—609. *Proventus ex Przypominki.* Relatum in praesenti capitulo, quod nonnulli ex Clero, quamvis praemoniti, proventui adm. rdi Vicecustodis huius Ecclesiae [81], circa quem ab immemorabili tempore erat in possessione, et qui ab antiquo ad nullum de clero spectabat, usque ad scandalum populi sese opponere ausi sunt, omittendo interim praecipu[*s. 609*]as suas obligationes. Proventus ille, pro quo animae defunctorum orationibus fidelium commendari solent, communiter Przypominki [82] vocitatus est. Reverendissimum itaque Capitulum, obviando in post similibus inconvenientiis, ordinat et adm. rdum Vicecustodem, ad quem etiam spectat Denuntiationes antematrimoniales promulgare, circa praemissa, exceptis solummodo diebus 1 et 2 Novembris, de quo parochiani tempestive praemonendi erunt, ut se ad Ecclesiam S. Leonardi tunc temporis conferant, manutenendum esse duxit. Nec cuipiam alio et alio tempore licitum erit has commemorationes facere, quam post concionem finitam.

[1913] s. 609. *Argentum minus necessarium.* Pilri adm. rdo Procuratori praecommittendum esse duxit praesens Capitulum, quatenus pro futuro generali capitulo conscriptionem argenti ecclesiastici minus necessarii conscribere dignetur.

D. 20 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1914] s. 610. *Revisio residentiarum vicarialium.*

## 1805

Diebus 5—6 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1915] s. 612. *Lectio statutorum.* Relectis summarie statutis et decretis ex visitationibus desumptis, necnon decretis capituli generalis immediate praeteriti et subsequentium, tractanda in moderno capitulo per pilrem rmum Praesidem [83] conscripta sunt.

[1916] s. 613. *Deputatio ad Sacristiam etc.* Ad revidendam supellectilem Ecclesiae, librum fundationum et metricas pilris adm. rdus Kamieński canonicus deputatus est.

[1917] s. 613. *Curia vacans Custodialis Alumnis ad S. Leonardum manentibus dimittenda.*

[1918] s. 615. *Electio pilris Procuratoris* [*can. Wiesiołowski*].

[1919] s. 615—616 (6 Iun.). *Relatio Deputati ad Sacristiam etc.* Pilris adm. rdus Th. Kamieński canonicus, ad revisionem supellectilis Ecclesiae deputatus, retulit, quod hanc supellectilem revidisset [*s. 616*] nihilque in decessu nec accessu invenisset. Liber etiam fundationalis sit subscriptus, praeter Altaristam Altaris Maioris et S. Annae. Quod attinet librum baptizatorum, ille a duobus mensibus non est conscriptus.

[1920] s. 616. *Liber baptizatorum.* Praecommittitur adm. rdis Vicariis, quatenus liber, in quo baptizati inscribi solent, qualibet hebdomada ilri adm. rdo Vicepraeposito per Hebdomadarios ad inserendum porrigatur.

[1921] s. 616. *Argenteria minus necessaria.* Conscriptum argentum ad usus Ecclesiae minus necessarium, inferius specificatum [84], praesens Ca-

---

[81] *Aktualnie ks. Broniszewski — jak przyp. 64.*
[82] *Późniejsza nazwa wypominki.*
[83] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 20.*
[84] *Znajduje się pod rokiem 1806.*

pitulum, praemissis servandis, vendendum decrevit. Censum vero ab hac summa provenientem pro Fabrica Ecclesiae et in necessitates eiusdem convertendum constituit, idque praevio consensu Regiminis.

[1922] s. 616. *Argentum alienum in Ecclesia asservandum prohibetur.* Adm. rdo Vicecustodi pro tempore exsistenti vigore praesentis decreti argentum alienum, quam et alia deposita, licitum non erit asservare in Ecclesia sine expresso consensu Capituli.

[1923] s. 618. *Adm. rdo Vicecustodi incumbit examen personarum ante Denuntiationes faciendum.* In Parochia ad Collegiatam Łoviciensem spectante nihil equidem accidit quoad matrimonia iam inita. Praesens tamen Capitulum declarat per praesentes, quod adm. rdo Vicecustodi pro tempore exsistenti incumbit examen personarum ante Denuntiationes matrimoniales faciendum. Cuius examinis stricte peracti testimonium, cui interest, extradendum constituit.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1924] s. 624—625. *Lectio statutorum.* Relectis summarie statutis et decretis capituli immediate praeteriti, trac[*s. 625*]tanda in moderno capitulo conscripta sunt.

[1925] s. 625. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem libri fundationalis et metricas pilris rmus Jastrzębowski canonicus deputatus est.

[1926] s. 629 (10 Dec.). *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Pilris rmus Jastrzębowski canonicus, ad revidendum librum fundationalem et libros metrices deputatus, retulit, quod praefatos libros satis diligenter scriptos invenerit.

[1927] s. 642—643 (12 Dec.). *List Magistratu względem laterniowego.*

**1806**

Die 13 Februarii, in capitulo septimanali [ordinario]:

[1928] s. 649. *Litterae ad Magistratum occasione arborum circa Coemeterium plantandarum.*

D. 15 Aprilis, extra capitulum:

[1929] s. 650—652. *Capitulum Ecclesiae Insignis Collegiatae consensum Regium pro venditione argenteriae ecclesiasticae suppliciter postulat.* [*s. 651*] Serenissime ac Potentissime Rex, Domine Clementissime! Ecclesia Collegiata nostra tam ad cultum Divinum, quam pro reparatione turrium, tectorum ac internae mundiciei decorisque sui conservatione maioribus indies expensis praemitur, pro quibus sustinendis proventus ex summis Aerarii Ecclesiae vix ad florenos 1300 ascendit, expensae vero quotidianae pro luminaribus, vino etc. hunc proventum longe excedunt. His cum expensae pro conservatione tectorum et turrium ac ceterae addantur, evidens est huic defectus ex ipsismet proventibus nostris capitularibus provideri debere.

Ad subveniendum itaque hisce Ecclesiae nostrae necessitatibus auctionemque proventuum Aerarii Ecclesiae nostrae futuro tempore properandam, Capitulum nostrum existimavit argenteriam Ecclesiae suae de novo recensere, ex eademque vasa Ecclesiae, uti calices, patenas, lampades ac cetera argentea utensilia, quae vel confracta adeoque ad suos usus inepta, vel omnino superflua nobis visa sunt, seorsim reponere, pro illorum venditione consensum Serenissimae Maiestatis Vestrae humillime exposcere.

Quo gratiose nobis impertito, argenteria haec divendi ac deinceps summa exinde proveniens super bonis terrestribus mundis hypothecarie inscribi possit, ut ex annuo eiusdem censu Fabrica Ecclesiae ac necessitates Sacristiae novum supplementum stabile habere valeant.

Huiusmodi argenteriae ecclesiasticae partes, pondus per marcas, qualitatem argenti, denique evolutionem eiusdem in taxa hic adiuncta per artis peritum aurifabrum Varsaviensem Stanecki[85], Smae Maiestati Vrae submittimus eius clementissimum consensum nobis dari supplicantes, ut argenteria per taxam praesentem descripta divendi potest. Quo obtento nos summam exinde proventuram super bonis mundis secure collocari ac certum locatorem eo fine Smae Maiestati Vrae suo tempore notificare curabimus, et tunc iterum pro novo desuper tribuendo consensu ad Smae Maiestatis Vrae clementiam recurrere pro debito nostro non praetermittemus. Manemus profundissimo cultu Smae Maiestatis Vrae Domini Clementissimi fidelissimi et obsequentissimi — Capitulum Ecclesiae Collegiatae: Ioannes de Siegel praepositus et praeses capituli, Theodorus Wiesiołowski canonicus Łoviciensis, Alexius Nicolaus Ondernard can. Łov. Smo ac Potenti Regi Dno Clmo [*s. 652*]

---

[85] *Szymon Stanecki złotnik z Warszawy.*

| Nr inw. kośc. | Taksa srebra Kościoła Kolegiaty Łowickiej nieużytecznego, przeze mnie niżej podpisanego, wiernie sporządzona dnia 2 miesiąca kwietnia 1806 roku: | Grzywny | Łuty | Próba srebra | Grzywna à flor. | Złote | Grosze |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 11 | lampa z łańcuchem — waży | 7 | 13 | 10 | 40 | 312 | 15½ |
| 12 | ditto, większa — waży | 10 | 9 | 8 | 32 | 338 | |
| 20 | blacha nadpsuta — waży | 7 | — | 8 | 32 | 224 | |
| 23 | vasa potrójne ad Olea Sacra — ważą | 3 | 13 | 11 | 44 | 167 | 22½ |
| 31 | krzyż stojący z filigranową robotą po bokach | — | 9 | 11 | 44 | 24 | 22½ |
| 32 | krzyż popsuty z koralem — waży | 2 | 8 | 10 | 40 | 100 | |
| 47 | relikwiarz stary — waży | 2 | — | 10 | 40 | 80 | |
| 51 | taca z nalewką, wyzłacane, u nalewki brak gałki | 7 | 4 | 12 | 48 | 348 | |
| 55 | buzeuszek — waży | 1 | 4 | 10 | 40 | 50 | |
| 57 | taca wybijana z literami ISRS — waży | 1 | 11 | 10 | 40 | 67 | 15 |
| 58 | ditto, z herbem Potockiego [86] — waży | 1 | 2 | 10 | 40 | 45 | |
| 59 | tacków wybijanych okrągłych dwie — ważą | 2 | 15 | 11 | 44 | 129 | 7½ |
| 62 | dwie ampułki z przykryciem, wyzłacane | 1 | — | 10 | 40 | 40 | |
| 63 | dwie ditto, wyzłacane, bez przykrycia | 1 | 5 | 10 | 40 | 92 | 15 |
| 64 | trzy wiosełka i pręcik jeden, których używano ad Olea Sacra — ważą | 1 | — | 4 | 16 | 16 | |
| 67 | kielich pozłacany — waży | 2 | 5 | 10 | 40 | 92 | 15 |
| 68 | ditto — waży | 2 | 3 | 8 | 32 | 70 | |
| 72 | ditto — waży | 3 | — | 10 | 40 | 120 | |
| 73 | ditto, nieco złocony — waży | 3 | 9 | 11 | 44 | 156 | 27 |
| 75 | ditto, pozłacany — waży | 1 | 12 | 8 | 32 | 56 | |
| 76 | ditto, pozłacany — waży | 2 | 12 | 10 | 40 | 110 | |
| 83 | ditto — waży | 2 | 13 | 10 | 40 | 112 | 15 |
| 84 | ditto — waży | 3 | 2 | 10 | 40 | 125 | |
| 85 | ditto — waży | 2 | 12 | 10 | 40 | 110 | |
| 86 | ditto — waży | 2 | 6 | 10 | 40 | 95 | |
| 88 | ditto — waży | 2 | — | 10 | 40 | 80 | |
| 89 | ditto, in cupa tylko złocony — waży | 1 | 14 | 8 | 32 | 60 | |
| 90 | ditto, wyzłacany, rozebrany — waży | 2 | 8 | 10 | 40 | 100 | |
| 91 | ditto, niski, na kształt puszki — waży | 1 | 13 | 10 | 40 | 72 | |
| | paten do kielichów dziewięć — ważą | 6 | 5 | 10 | 40 | 252 | 15 |
| | wotów różnych dwanaście — ważą | 4 | 5 | 8 | 32 | 138 | |
| | krzyżyk złoty biskupi do relikwii i trzy złote wota z okruchami — ważą czerwonych złotych 57, czerw. zł à flor. 12 | — | — | — | — | 684 | |
| | relikwiarzyk srebrny — waży | — | 2½ | 8 | 32 | 5 | |
| | Summa facit | 97 | 6½ | — | — | 4435 | |

Podpisał Szymon Stanecki złotnik manu propria.

[86] *Teodor Potocki h. Pilawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1723—1738.*

## KSIĘGA PIĘTNASTA

### OPIS

Skrócony tytuł nadany (przeze mnie, tu) — **Liber XV: Acta actorum Venerabilis Capituli Insignis Collegiatae Łoviciensis 1806—1822.**

Księga nie posiada tytułu. Ewentualne miejsce dla niego było na karcie ochronnej. Na 1 stronie oprawy znajduje się naklejka z napisem: Liber duodecimus Actorum Reverendissimi Capituli Insignis Collegiatae Łoviciensis, wykonany pewnie przez następnego sekretarza Kapituły ks. Piotra Michałowskiego [1].

W opracowanym ok. 1816 r. przez wspomnianego Michałowskiego częściowym wykazie zawartości niniejszej jednostki aktowej posiada ona taki nagłówek: Index decretorum capitularium Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis libri duodecimi, a die 4-ta Maii 1806 (s. 247).

Sygnatury:

Notariusza ks. Śladeckiego [2] umieszczona w lewym narożniku 1 k. ochr.: Liber $12^{mus}$. Dla niego była to rzeczywiście dwunasta z rzędu zachowana (realna) księga akt kapitulnych.

Sygn. późniejsza, z przeł. XIX/XX w., znajdująca się w prawym narożniku tejże k. ochr. brzmi: A. 1. 14 [powinno być: 15].

Sygn. aktual. (moja, tutaj): AKŁ, ks. ideal. 15, real. 11.

Sygn. mikr. Ośrodka ABMK: 3527.

Na odwrocie okładki, w lewym górnym narożniku, nie rozwiązane inicjały: X.A.M.N.O.

Księga in folio, stron 460, język łaciński i polski. Oprawa współczesna w makulaturę obciągniętą brązową skórą. Stan zachowania dobry. Od str. 44 do 49 odwrotna paginacja; brak s. 50.

### WYPISY

#### Anni **1806** continuatio

Diebus 28—30 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1930] str. 1. *Lectio statutorum.* Relectis summarie statutis et decretis visitationum, tum generalis capituli immediate praeteriti et subsequentium, tractanda per ilmum Praesidem [3] conscripta sunt.

[1931] s. 1. *Deputatio ad revisionem Sacristiae etc.* Ad revisionem Sacristiae et subscribendos libros pilris rmus Archidiaconus [4] deputatus est.

[1932] s. 2 (30 Maii). *Relatio Deputati ad Sacristiam etc.* Pilris rmus

---

[1] Piotr Michałowski h. Trzaska, dr teol., m.in. notariusz kapituły łow. w latach 1809—1818, kanonik 1826—1848.

[2] Piotr Śladecki psałterzysta kolegiaty, m.in. not. kap. w l. 1796—1809.

[3] *Jan (de) Siegel dr teol., m.in. kan. łow. w l. 1780—1801, prałat prepozyt 1801—1822.*

[4] *Feliks Wodziński h. Jastrzębiec, dr teol. i ob. prawa, m.in. prał. archid. łow. w l. 1785—1812.*

Archidiaconus, ad revisionem Sacristiae et libros metricarum deputatus, functus suo officio, omnia, ut necesse est, se adinvenisse, retulit.

[1933] s. 4. *Electio pilris Procuratoris* [*can. Wiesiołowski*[5]].

[1934] s. 4. *Relatio de argenteria.* Pilris adm. rdus Wiesiołowski canonicus, obtento Camerali consensu, cuius tenor est sequens: Fridericus Wilhelmus etc.[6] — — Datum Varsaviae die 28 Aprilis 1806 — — retulit, quod argenteria Ecclesiae iam divendita est et quantum ex eadem, detruncatis expensis, ad florenos polon. 5222 gr. 25½ ascendens in Aerario Capituli actu est repositum.

[1935] s. 5. *Revisio inventarii Ecclesiae.* Ad revisionem supelectilis Ecclesiae Collegiatae et conscriptionem novi inventarii, omissa argenteria modo vendita, deputati sunt pilres adm. rdi Wiesiołowski et Ondernard[7] canonici.

[1936] s. 5. *De superpelliceis, biretis etc.* Illatum est, quod Clerus accedens ad Ecclesiam decentiam et uniformitatem per statuta, visitationes et alia decreta commendatas minus observet. Proinde Rmum Capitulum quaecumque sint decreta de superpelliceatis, de utendis biretis necnon honesto habitu accedentium ad Divina officia, praecipue in processionibus publicis, eadem intimanda Clero praesentis Ecclesiae constituit. Rasura etiam excogitata, usus strophiorum, vestitus praeconceptus prohibetur sub peonis vel iam statutis, vel si non sint aliquae, statuendis.

[1937] s. 7. *Vicethesaurarius eiusdem Confraternitatis.* In vicethesaurarium Confraternitatis eiusdem S. Ioannis Nepomuceni, post defunctum Andream nobilem Zawadzki, nobilis Antonius Zawadzki[8] filius defuncti per praesentes est electus.

Die 10 Iulii, in capitulo septimanali ordinario:

[1938] s. 9. *Acceptatio anuli per pilrem rmum Kosicki quondam donati.* Circa annum 1764 pilris rmus Kosicki decanus[9] applicavit Ecclesiae Collegiatae Łoviciensi anulum aureum et eundem, uti votum, circa figuram Crucifixi Christi Domini affixit, de quo est mentio in actis Reverendissimi Capituli Łoviciensis libro 9-no folio 168. Anulum praefatum cum lapide et alia argentea vota ex certa dispositione Aurifaber[10] pro illorum renovatione refixit et brevi, facta renovatione votorum, eadem suis in locis locavit, sed loco anuli aurei et lapidis quid aliud, nullum habens valorem, adaptavit et assimilavit. Quae fabricatio statim detecta, et dein submissio super hoc ab Aurifice iudicialiter obtenta, necnon anulus aureus, iuxta submissionem, coram praesenti Capitulo [a]repositus est[a]. Et Rmum Capitulum relecto, ut supra, circa donationem eiusdem anuli decreto, perpensis omnibus circumstantiis, anulum prout est, videlicet aureum, habentem in medio lapidem amethystus nuncupatum, tri-

[a–a] reposita sunt *akta.*

[5] *Teodor Wiesiołowski m.in. od r. 1794 kan., od 1800 prał. kustosz, w l. 1823—1830 prał. prepoz. łow., surogat, oficjał gen.*

[6] *Fryderyk Wilhelm III król pruski w l. 1797—1840.*

[7] *Mikołaj Aleksy Ondernard Lotaryńczyk, bak. teol. i mgr sztuk, m.in. kan. łow. w l. 1801—1816, biskup diec. Namur 1828—1831.*

[8] *Rodzina Zawadzkich znana w Łowiczu.*

[9] *Paweł Kosicki dr ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1736—1762, prał. dziekan 1762—1778.*

[10] *Złotnik bliżej nie znany.*

ginta lapidibus adamantinis circumductum, acceptandum in medio voti argentei, habentis figuram cordis cum radicibus deauratis, sigillo minori Capitulari obsigillandum, et in loco ad latus vulneris Christi Domini, uti fuit, affigendum esse duxit. Et insuper decrevit, ne certae dispositiones similes absque aliqua notificatione Vicecustodis[11] in Ecclesia praesenti fiant, penes quem est etiam inventarium eiusdem Ecclesiae.

D. 17 Octobris, in capitulo septimanali ordinario:

[1939] s. 10. *Deputatio ad faciendum inventarium Ecclesiae S. Leonardi.* Ad describendam supellectilem Ecclesiae Sancti Leonardi, necnon faciendam revisionem Ecclesiae eiusdem, tum domus et saepimentorum Praeposituræ, iuxta petitum ilris adm. rdi Cichocki canonici honorarii[12], praesens Rmum Capitulum pilrem adm. rdum Wiesiołowski canonicum deputavit.

Dieb. 9—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1940] s. 12. *Lectio decretorum generalis capituli immediate praeteriti et hebdomadalium.* Absoluta missa votiva de Spiritu Sancto, in tractu recapitulationis decretorum immediati generalis capituli et subsequentium hebdomadalium, tractanda in moderno capitulo pilris rmus Praeses[13] conscripsit, quae etiam decreta approbata extiterunt.

[1941] s. 15. *Relatio Deputati ad descriptionem status externi Praeposituræ S. Leonardi.* Pilris adm. rdus Wiesiołowski canonicus, ad descriptionem status externi Praeposituræ Sancti Leonardi et saepimentorum illius deputatus, fecit relationem in hunc modum, quod quod spectat ad ipsam Ecclesiam S. Leonardi, haec tam intus, quam extra nihil opus habet. Iam vero quod attinet mansionem, haec in toto desolata est. Et Rmum Capitulum tam inventarium rerum Ecclesiae praefatae, quam descriptionem Praeposituræ ad ingrosandum actis offerenda constituit.

[1942] s. 15. *Dies pro capitulo [generali Conceptionis] determinati.*

D. ca 17 Decembris:

[1943] s. 17. Capitulum Praelatorum et Canonicorum Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis: *Deputatio ad salutandum Ser. Napoleonem caesarem Gallorum et regem Italiae.* Ad salutandum Ser. Napoleonem caesarem Gallorum et regem Italiae[14] nomine Capituli, Łovicium die 18 Decembris 1806 adventurum, Capitulum praesens pilrem rmum Wodziński archidiaconum et pilrem adm. rdum Ondernard canonicum Łovicienses deputavit.

D. 24 Decembris, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1944] s. 21. *Litterae Magistratus respectu commodandi de Templo vini.* Magistrat oraz z Konfraternіją Kupiecką uprasza Przewielebną Kapitułę, aby w potrzebie nagłej względem wina francuskiego dla Lazaretu w mieście tutejszym uformowanego, gdyż już niedostatek takowego wina w handlach nastąpił, dostarczyła okseft jeden czyli butelek 300, które w takowym gatunku przez nas niżej podpisanych, jak prędko będzie moż-

---

11 *Aktualnym wicekustoszem kol. był ks. Broniszewski.*

12 *Franciszek Cichocki wiceprepoz. kol., prepoz. Kościoła Św. Leonarda i kan. hon. łow.*

13 *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

14 *Napoleon I (Napoleon Bonaparte) 1769—1821, m.in. cesarz Francuzów w l. 1804—1815, król Włoch 1805—1814.*

na, P. Kapitule powrócone będzie. Upraszamy jednak, żeby żądanie nasze niezwłocznie dopełnione i wino do piwnicy j. pana Zawadzkiego oddane było, które jp. Zawadzki ma odebrać. W Łowiczu, 23 grudnia 1806: Briesenmeister, Schendel, Zeitheim, Beutlich, Smorągiewicz, Zawadzki. Qua mercator: Kacper Nietrz, Jan Urbański, Żurawski, Kochin, Janicka z Kompaniją, J. Tiede.

[1945] s. 21. *Responsum ad easdem.* Na żądanie Szlachetnego Magistratu z Konfraternniją Kupiecką miasta Łowicza do Kapituły tutejszej zaniesione względem ustąpienia okseftu wina dla Lazaretu w mieście tutejszym, oświadcza taż Kapituła, iż nie ma żadnego wina jak tylko szczególnie okseft wina do **Zakrystyi** kościoła swego i ten już nieco dla potrzeby ołtarza napoczęty. Nie może żadną miarą pozbywać się go i ogołacać kościół swój z rzeczy tak istotnej dla służby Bożej w tym kościele potrzebnej. A zatem mniemanie Szlachetnego Magistratu o zapasie wina kapitulnego na mylnej powieści jest ugruntowane. Ten bowiem jedyny zapas wina kościelnego do najświętszych ofiar ołtarza codziennie potrzebny na inną destynacyją brany być nie może. I owszem, gdyby o rekwizycyi takowego wina do ołtarza przeznaczonego dowiedziała się Najwyższa Zwierzchność, słusznie wielce naganiłaby ją Szlach. Magistratowi. W Łowiczu, 26 grudnia 1806. Kapituła Kolegiaty.

## 1807

Die 12 Aprilis, in capitulo [partiali extraordinario]:

[1946] s. 25—28. *Odezwa [religijno-patriotyczna do duchowieństwa i wiernych admin. Archidiecezji Malczewskiego* [15]].

D. 30 Aprilis, in capitulo [partiali]:

[1947] s. 28. *Dies 3-tia Mai a.c. pro festiva declaranda.* Rmum Capitulum decernit, ut dies Tertia Maii proxime sequens e suggestu per concionatores pro Festiva declaretur.

Diebus 20—24 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1948] s. 29. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis, l i s t a negotiorum in moderno capitulo tractandorum per pilrem rmum Praesidem [16] conscripta est.

[1949] s. 30. *Deputatio ad Sacristiam.* Ad revisionem supellectilis Ecclesiae, libri fundationalis et aliorum pilris adm. rdus Turowski canonicus [17] deputatus est.

[1950] s. 32 (21 Maii). *Electio pilris adm. rdi Procuratoris [can. Wiesiołowski].*

D. 26 Iulii, in capitulo [partiali extraordinario]:

[1951] s. 36—38. *[Nadanie Księstwa Łowickiego marsz. Davoust* [18] *przez Napoleona].*

D. 15 Augusti, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1952] s. 39. *Deputatio ad salutandum excelmum dnum Davoust principem.*

---

[15] *Franciszek Skarbek Malczewski h. Habdank, dr ob. prawa, aktualnie biskup nom. włocł., prał. prepoz. gnieźn. i admin. Archidiecezji.*

[16] *Prał. archid. Wodziński — jak przyp. 4.*

[17] *Antoni Turowski m.in. kan. łow. w l. 1781—1825.*

[18] *Ludwik Mikołaj Davoust marszałek Francji, w r. 1807 gubernator Księstwa Warsz.*

D. 13 Octobris, in capitulo septimanali ordinario:

[1953] s. 41. *Decretum delegationis ad cels. Principem Nominatum* [19].

D. 16 Octobris, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1954] s. 42. *Decreta capituli hebdomadalis subscribenda.* Decernit praesens Rmum Capitulum, ut quilibet actus hebdomadalis capituli ad subscribendum Praesidi eadem die producatur.

Dieb. 9—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1955] s. 43. *Lectio statutorum.* Relectis statutis l i s t a negotiorum ad tractandum connotata fuit.

[1956] s. 43[bis]. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revidendum librum fundationalem et metricas pilris rmus dnus Paulus Jastrzębowski canonicus [20] deputatus est.

[1957] s. 45. *Relatio Deputati ad librum fundationum.* Pilris rmus Paulus Jastrzębowski, ad revidendum librum fundationum et metricas deputatus, retulit, quod obligationes missarum in libro eodem connotari solitae sint intermissae, connotationes metricarum in protocollo non fiunt. Super quo diligentia iisdem a Rdis Vicariis commendata.

## 1808

Die 3 Ianuarii, in capitulo [partiali extraordinario]:

[1958] s. 46—51. [*Przedwizytacyjna korespondencja arcybiskupa Raczyńskiego z kapitułą odnośnie organizacji i uposażenia tejże, tabelaryczna*].

[1959] s. 51—55. [*Korespondencja z Departamentem Warszawskim na temat szkolnictwa w Łowiczu*].

D. 7 Aprilis, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1960] s. 58. [*Wyprowadzenie się Bonifratrów z Łowicza do Warszawy*].

Diebus 8—11 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1961] s. 59. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis visitationum, necnon subsequentium hebdomadalium, l i s t a negotiorum ad tractandum per pilrem rmum Praesidem [21] conscripta est.

[1962] s. 62 (9 Iun.). *Electio pilris Procuratoris* [*can. Wiesiołowski*].

[1963] *Postulatum Aedituorum.* Postulationi Aedituorum, tamquam iustae, deferrendo, Rmum Capitulum statuit, ut eisdem Aedituis et Cantoribus Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis, pensionis determinatae circa finem quartualis Cinerum anni 1808 exsolutae et per reductionem monetae in tertia parte diminutae, detrimentum hoc in tertia simili parte ex Massa compensetur.

[1964] s. 63. *Deputatio ad Sacristiam.* Ad revisionem Sacristiae, libros fundationum etc. pilris rmus Paulus Jastrzębowski canonicus deputatus est.

[1965] s. 63 (10 Iun.). *Relatio Deputati ad Sacristiam.* Pilris rmus dnus Jastrzębowski canonicus, ad revisionem Sacristiae deputatus, retulit, quod status Sacristiae satis in bono ordine conservatur. Quod vero

---

[19] *Ignacy Raczyński h. Nałęcz, m.in. arcybiskup metrop. gnieźn. w l. 1805 (1807)—1818.*

[20] *Paweł Jastrzębowski h. Pobóg, dr teol. i ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1788—1813, oficjał gen. łow.*

[21] *Prał. archid. Wodziński — jak przyp. 4.*

attinet librum, ubi fundationes Altaristarum connotantur, harum connotatio in aliquibus locis intermissa est; necnon quod in libris metrices baptizatorum accurata, uti debet, non est conscriptio. Et Rmum Capitulum pilri rmo Delegato gratias agens, haec quae sequuntur, decernit: ut omissa connotatio obligationum suppleatur et omnis diligentia, idque qualibet septimana, in conscribendis libris tam baptizatorum, quam copulatorum adhibeatur. Ilris rdus Cichocki librum metrices et librum fundationum Notarius Capituli, ut sint conscripti, custodient.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1966] s. 67. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis visitationum, tum generalis capituli immediate praeteriti et subsequentium hebdomadalium, lista negotiorum ad tractandum per pilrem rmum Praesidem [22] conscripta est.

[1967] s. 67. *Deputatio ad librum fundationum.* Ad revisionem librorum tam fundationalis, quam metricarum pilris rmus Jastrzębowski canonicus deputatus est.

**1809**

Die 16 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1968] s. 76—79. *Ingrossatio ordinationis Poenitentiariorum pro tempore confessionis Paschalis [in 14 punctis per archieppum Raczyński datae].*

Diebus 24—31 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[1969] s. 79. *Lectio statutorum.* Absoluta missa votiva et relectis statutis et decretis visitationum, necnon generalis capituli immediate praeteriti, tractanda conscripta sunt.

[1970] s. 80 (27 Maii). *Deputatio ad Sacristiam et libros Ecclesiae.* Ad revidendam supellectilem Ecclesiae et libros fundationum etc. pilris Ondernard canonicus deputatus est.

[1971] s. 81. *Electio pilris adm. rdi Procuratoris [Wiesiołowski can.].*

[1972] s. 81. *Prolongatio capituli.* Propter sperandum adventum Exercitus Polonici capitulum ad tempus prolongatur.

[1973] s. 82 (31 Maii). *Ingrossatio erectionis Domus Emeritorum.* Ingrossatam erectionem Domus Emeritorum Łoviciensium [de anno 1782] cum Beneplacito Apostolico Reverendissimum Capitulum ad acta praesentia inducendum decrevit.

D. 31 Augusti, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1974] s. 83—93. *Installatio ilmi et rmi dni Gregorii Zachariaszewicz episcopi Coricensis ad Suffraganeatum et Decanatum Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis* [23].

D. 2 Septembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1975] s. 98—99. *Apparatus coloris nigri a Celsissimo Ecclesiae Collegiatae donatus.* Per manus pilris rmi dni Jastrzębowski officialis generalis Łoviciensis celmus princeps Ignatius Raczyński archiepiscopus Gnesnensis transmisit et Ecclesiae Insigni Collegiatae Łoviciensi donavit apparatum de axamito nigro, floribus aureis et sericeis textum, cum simili-

---

[22] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

[23] *Sufr. i prał. dziek. Zachariaszewicz m.in. także wiceadmin. diec. warsz. Oprócz dok. instalacyjnego są również 2 inne.*

bus velo, bursa et palla, stola et manipulo. Hoc donum Cels. Principis Ecclesiae praestitum Rmum Capitulum actis ingrossandum decrevit et eidem Celsissimo suam gratitudinem per litteras testificandum constituit. Quarum litterarum tenor sequens: Celsissime Princeps, Ilme et [*s. 99*] Excelme ac Rme Domine! Kapituła nasza odebrała w tych dniach przysłany sobie od JOWXcej Mości Dobrodzieja, przez ręce WJX archidiakona oficjała generalnego łowickiego, bogaty ornat czarny. Za ten udział Pańskiej Jego dla Kościoła naszego szczodrobliwości składamy najpokorniejsze dzięki i pamięć tego daru z wdzięcznością winną, którą w sercach naszych mamy, do akt Kościoła dla następców naszych zapisać nie omieszkamy. Zostajemy z głębokim uszanowaniem Celmi Principis, Ilmi Excelmi ac Rmi Domini humillimi et obsequentissimi servi. Capitulum Ecclesiae Collegiatae. W Łowiczu, 4 Septembris 1809.

D. 5 Octobris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1976] s. 105—106. [*Przysięga składana Fryderykowi Augustowi królowi saskiemu jako księciu warszawskiemu* [24]].

Dieb. 9—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[1977] s. 112. *Lectio statutorum.* Relectis statutis et decretis capituli generalis immediate praeteriti, negotia ad tractandum in moderno capitulo per pilrem rmum Praesidem [25] conscripta sunt.

[1978] s. 113. *Deputatio ad revisionem libri fundationum.* Ad revisionem librorum tam fundationalis, quam libri metrices pilris adm. rdus Ondernard canonicus deputatus est.

[1979] s. 114 (11 Dec.). *Proventus ab extractibus metrices ad Vicepraepositum Collegii Vicariorum spectat.* Rmum Capitulum, relecto Ven. Collegii Vicariorum postulato sub 9 Iunii 1809 in scriptis porrecto, cum praxis et consuetudo potior est pro parte ilris adm. rdi Vicepraepositi Collegii [26], proinde eundem ilrem adm. rdum Vicepraepositum circa proventum ab extractibus provenientem manutenendum esse censet.

[1980] s. 114. *Denuntiatones antematrimoniales sine testimonio Ven. Collegii Vicariorum adm. rdus Vicecustos facere non debeit.* Cum decretum generalis capituli die 5 Iunii anno 1805 latum, vigore cuius adm. rdus Vicecustos pro tempore exsistens absque hoc expresso ipsiusmet niales faciendum stringebatur, voto Collegii adpraesens porrecto respondere non censetur: proinde praesens Capitulum decernit, quatenus adm. rdus Vicecustos pro tempore exsistens absque hoc expresso ipsiusmet Ven. Collegii Vicariorum testimonio, quod videlicet partes matrimonium contrahendae in articulis fidei bene sint instructae et impedimento canonico et aliis non ligatae, denuntiationes facere et publicare non debebit per praesentes.

[1981] s. 114—115. *Funeralia.* In consequenti resolutionem, quod funeralia eadem praxi et consuetudine, decretis Capituli necnon ordinationibus ad **Vicecustodem** spectantia firmatam et Ven. Collegio, tamquam iustam, toties communicatam et notam, Rmum Capitulum eandem et nunc dandam constituit. Insuper decernit, ut resolutiones Capituli nostri [*s. 115*] Ven. Collegio communicatae, ob non iterationem illarum, circa acta Collegii conserventur.

---

[24] *Fryderyk August król saski i książę warsz. w l. 1807—1815.*

[25] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

[26] *Ks. Franciszek Cichocki — jak przyp. 12.*

[1982] s. 115—117. *Relatio de revisione curiarum [quattuor]*.

[1983] s. 118 (12 Dec.). *Liber fundationalis*. Ex tractu multorum annorum colligitur, quod procuratores Collegii Vicariorum solebant in libro ad id parato obligationes missarum fundationalium accurate et tempestive consignare. Ad servandum hunc ordinem Rmum Capitulum procuratorem Ven. Collegii Vicariorum, nunc et pro tempore exsistentem, obligandum esse duxit per praesentes.

[1984] s. 119. *Floreni 72 pro Militibus*. Occasione adventus sperati Exercitus Polonici ad hancce Civitatem, Rmum Capitulum, ad tenorem litterarum Civitatis, flor. 72 ex Massa in hunc finem dandos constituit.

[1985] s. 119 (13 Dec.). *Adm. rdus Petrus Śladecki a functione secretarii capitularis liberatur et adm. rdus Petrus Michałowski in secretarium eligitur*. Rmum Capitulum advertens, quod adm. rdus Petrus Śladecki in anno 1796 in secretarium capitularem supplentem dumtaxat electus, supplentiam huiusmodi secretariatus hucusque exercuit, et interea aliam functionem, videlicet praefecti **Sacristiae** seu, ut antea nuncupabatur vicecustodis continuo obit et ultra ad arbitrium Capituli obibit: ideo eundem adm. rdum Petrum Śladecki ab officio secretarii capitularis, quali hucusque perfunctus est, liberum abhinc declarat et in eius locum, ad electionem secretarii [b] capitularis procedendo, adm. rdum Petrum Michałowski vicarium Collegiatae praesentis [28] in secretarium actualem unanimi praesentium Dominorum voto eligit ad beneplacitum suum.

[1986] s. 120 (14 Dec.). *Iuramentum a novo Secretario electo in sequenti forma [praestitum]:*

Ego Petrus Michałowski iuro Deo Omnipotenti, quod assumptus in actualem Reverendissimi Capituli secretarium, Archivum Capituli custodiam, nullum documentum tam in athentico originali, quam in extracta copia sine expresso decreto Rmi Capituli cuique extradam, omnia accurate scriptis mandabo, secreta Capituli peromnia servabo, praesentias Dominorum Praelatorum et Canonicorum fideliter connotabo et omnia, quae munus secretarii concernunt, fideliter obibo. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Evangelia.

[1987] s. 120. *Revisio librorum metrices baptizatorum etc.* Ad relationem pilris adm. rdi Nicolai Alexii Ondernard canonici Łoviciensis de revisione librorum metrices baptizatorum, copulatorum et mortuorum Rmum Capitulum praesens decrevit, ut quilibet actus baptismi et matrimonii una manu ad mundum perscribendus, qualibet septimana, cuiuspiam administrantis manu propria in ipso libro metrices subscribatur.

[1988] s. 120. *Liber actorum Capituli*. Acta Capituli adpraesens in librum actorum per adm. rdum Petrum Śladecki, utpote tempore eius officii connotata, usque ad finem eiusdem officii, idque tempore quoad poterit citiose, inserenda, praesens Capitulum decrevit [29].

---

[b] *Następuje przekreślone słowo* actualis.

[27] *Aktualny wicekustosz pewnie już Piotr Śladecki — jak przyp. 2; zob. nr [1985]. Nie wiadomo kiedy z tego stanowiska odszedł ks. Broniszewski — jak przyp. 11.*

[28] *Ks. Piotr Michałowski wik. kol. notariuszem kap. po Śladeckim. Por. przyp. 1.*

[29] *Przepisał wszystko ładnie i dalej prowadził akta do r. 1812 włącz. (s. 247). Zob. przyp. 91.*

## 1810

Die 14 Februarii, in capitulo [partiali] extraordinario:

[1989] s. 126—127. *Installatio ilris adm. rdi Petri Michałowski vicarii EICŁ et secretarii Rmi Capituli ad canonicatum honorarium.* Pilris adm. rdus Theodorus Wiesiołowski canonicus Łoviciensis, exhibitis litteris nominationis canonici honorarii in persona ilris adm. rdi Petri Michałowski vicarii Insignis Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis et Rmi Capituli secretarii, a cels. excelmo ilmo et rmo [*s. 127*] dno Ignatio comite Nałęcz de Małoszyn et Raczyno Raczyński Dei et Apostolicae Sedis gratia principe archiepiscopo Gnesnensi, legato nato etc., Ciążenii die 8 Februarii 1810 benigniter impertitis, manu Celmi Principis subscriptis et sigillo communitis, virtute earundem petiit, ut ilris adm. rdus Petrus Michałowski ad dicti canonicatus honorarii possessionem admitti et stallum in choro haberi possit. Quibus Capitulum praesens visis et lectis, iisque debita cum reverentia, qua par est, susceptis, eundem IAR Petrum Michałowski crastina die, ante Votivam Lipscianam, installandum censuit, stallum in choro a parte Epistolae Maioris Altaris assignavit et pro installatione pilrem adm. rdum Theodorum Wiesiołowski canonicum loci et ilrem Franciscum Cichocki canonicum honorarium EIC Łoviciensis deputavit.

Tenor **creationis** sequitur: Ignatius comes Nałęcz de Małoszyn et Raczyno Raczyński Dei et Apostolicae Sedis gratia princeps archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus, sacra auctoritate Apostolica administrator Dioecesis Varsaviensis, ordinum Aquilae Albae, Rubrae et S. Ioannis Hierosolymitani eques — pilbus rmis et pilbus adm. rdis Praelatis et Canonicis totique Venerabili Capitulo Insignis Ecclesiae nostrae Collegiatae Łoviciensis, nobis in Christo dilectis salutem in Domino. Noverint Dominationes Vestrae, quod nos vitae honestatem et in muniis sibi incumbentibus debite implendis diligentiam ilrs adm. rdi Petri Michałowski secretarii eiusdem Capituli et concionatoris[30] commendatam habentes, eumque ad ulterius merendum alacriorem reddere cupientes, eidem canonicatum honorarium praefatae Insignis Collegiatae Łoviciensis conferendum esse duximus. Uti quidem cum participatione cuiusvis praerogativae huiusmodi canonicis de iure et consuetudine competentis damus conferimusque, requirentes Dominationes Vestras, ut suprascriptum ilrem adm. rdum Petrum Michałowski in canonicum honorarium praedictae Collegiatae nostrae recipiant, pro tali agnoscant, stallo in choro aliisque emolumentis canonicis honorariis debitis gaudere et fieri faciant. In quorum fidem etc. Datum Ciążenii die 8 Februarii anno Domini 1810. Ignatius archiepiscopus. L.S.

[1990] s. 127—128. *Relatio pilris adm. rdi Ondernard canonici Łoviciensis de Commissione ad faciendum calculum per adm. rdum Vicecustodem [accusatio contra Petrum Śladecki].*

D. 1 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[1991] s. 130. *Liber fundationum.* Pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus Łoviciensis, ad revisionem librorum per capitulum generale deputatus, cum invenerit nonnullas fundationales missas mox

---

[30] *Michałowski pozyskał rychło urząd jednego z kaznodziejów kol. i kanonię hon. Por. przyp. 28.*

elapso anno non esse absolutas. Praesens Capitulum adm. rdos altaristas, uti Petrum Śladecki et Iosephum Peter [31], ad plenariam absolutionem censuit admonendos.

[1992] s. 130—131. *Exsecutio mandati Celmi Principis ad Vicecustodem.* Collegium Vicariorum Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis transmissum sibi habere mandatum a cels. ilmo ac rmo dno Ignatio comite Nałęcz de Małoszyn et Raczyno Raczyński Dei et Apostolicae Sedis gratia principe archiepiscopo Gnesnensi, legato nato, Ciążenii die 10 Februarii 1810 in favorem sui emanatum, manu eiusdem Celmi Principis subscriptum et sigillo maiori communitum, vigore cuius adm. rdus Vicecustos praefatae Ecclesiae **libros metrices** mortuorum et denuntiationum intra triduum dicto Collegio debet extradere, illud Capitulo nostro communicavit. Capitulum igitur praesens, viso ac lecto hoc mandato, eodemque debita cum reverentia, qua par est, suscepto, decrevit, ut adm. rdus Petrus Śladecki modernus Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis vicecustos libros metrices mortuorum et denuntiationum omnes, libros etiam testimoniorum de peractis civilibus acitbus per officiales civiles exhibitorum et publicandorum, necnon omnia, quae dictos libros spectant Venerabili Collegio Vicariorum intra triduum extradat. Ven. vero Collegium, praeter diligentissimam et accuratam horum librorum manutentionem et fidelem funeralium annotationem, in ordine ad calculum quolibet anno reddendum, et totum inde proventum in tres par[s. *131*]tes (quarum [prima] iuxta ius commune pro fabrica Ecclesiae ad Aerarium nostri Capituli, altera ad mentem creationis Hospitalis S. Leonardi Praepositum Ecclesiae huius Hospitalis, tertia vero Ven. Colegium spectabit) dividendum, stringit decreti praesentis vigore:

**Mandati** vero tenor ut sequitur: Ignatius comes de Małoszyn et Raczyno Raczyński etc. Universis et singulis, quorum interest aut in futurum quomodolibet interesse poterit, signanter vero universo Clero et Parochianis Insignis Ecclesiae nostrae Collegiatae et Parochialis Łoviciensis significamus, quia nos quaestionem super eo: cui competit libros metricarum copulatorum et mortuorum habere, an Collegio Vicariorum, cui animarum cura dictae Ecclesiae Łoviciensis Parochianorum incumbit, num etiam vigore usus et consuetudinis, ibi dudum observatae, Sacristiano seu Vicecustodi eiusdem Ecclesiae, non obstante, quod extra Colegium Vicariorum [32] exsistat? Factum dirimentes taliter duximus respondendum, quod cum decreto Concilii Tridentini clare definitum sit examen et denuntiationes sponsorum ante matrimonium ac ipsam matrimonii benedictionem proprio eorum parocho fieri debere, statim subiungendo ibi habeat parochus librum, in quo coniugum et testium nomina diemque et locum contracti matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat. Accedit, quia iuxta praescriptum Ritualis huius nostrae Provinciae, omnes quinque classes librorum, inter quos etiam isti coniugatorum et [c] defunctorum numerantur, a parochis seu animarum curatoribus haberi debeant. Proinde Collegium Adm. Rdorum Vicariorum praefatae Eccle-

---

[c] *W tekście wykreślono następujący wyraz* mortuorum.

[31] *Ks. Józef Peter ołtarzysta kol. Zob. nr [2093] p. 4.*

[32] *Właśnie że wicekustosz, podobnie jak wiceprepozyt i wicedziekan, należał do Kol. Wikariuszów.*

siae Collegiatae et Parochialis Loviciensis, uti parochos[33], libros metrices copulatorum et mortuorum eiusdem Ecclesiae Parochialis habere debere. Mandantes rdo Vicecustodi Collegiatae nostrae Loviciensis, ut requisitus libros quaestionis intra triduum Collegio Vicariorum extradat. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo nostro maiori communiri iussimus. Datum Ciążenii die 10 Februarii anno Domini 1810. Ignatius archiepiscopus. L.S.

D. 29 Martii, in capitulo ordinario septimanali:

[1993] s. 132. *Praeparanda ad subsequendam visitationem.* Communicatis per pilrem rmum Paulum Jastrzębowski canonicum et officialem generalem Loviciensem praesenti Capitulo litteris innotescentialibus, simul cum annexa eisdem instructione ad peragendam futuro mense Maio vel posterius generalem visitationem a cels. ilmo excelmo et rmo dno Ignatio Nałęcz Raczyński principe archiepiscopo Gnesnensi emanatis: ad faciendum **inventarium** Ecclesiae huius et alia pro eadem visitatione ad mentem instructionis, praesertim pro collegiatis seorsive, praeparanda pilrem adm. rdum Theodorum Wiesiołowski nostri Capituli canonicum et procuratorem praesens Capitulum eligit.

Diebus 13—18 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[1994] s. 133. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum, tum generalis capituli immediate praeteriti subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda per pilrem rmum Praesidem[34] conscripta sunt.

[1995] s. 133. *Deputatio ad libros fundationum, metrices etc.* Ad revisionem librum fundationum et metrices pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus deputatus est.

[1996] s. 135 (14 Iun.). *Quietatio et electio Procuratoris* [Wiesiołowski *can.*].

[1997] s. 135—136 (15 Iun.). *Fabrica Ecclesiae et Sacristiae.* Capitulum praesens, calamitate temporum sentiens et expensas pro fabrica Ecclesiae et Sacristiae nonmodo minores, sed excendentes perce[*s. 136*]ptam mature perpendens, pilri adm. rdo dno canonico Procuratori parsimoniam in luminaribus, vino et similibus, quantum fieri potest, commendavit. Adm. rdum autem Vicecustodem pro tempore exsistentem ad accuratissimam in exsequendis hac in re pilris adm. rdi canonici Procuratoris dispositionibus et, ut omnia absque damno comparentur, utantur, asservantur diligentiam stringit, nihilque abhinc pro praedicta fabrica tum per illum, tum per quemlibet Sacellanum absque expressa scriptotenus pilris adm. rdi canonici Procuratoris licentia expendere permissum esse, vigore praesentium decrevit.

[1998] s. 136—137. *Caeremoniarii mulcta.* Adm. rdus Cudnowski[35] de accusata caeremoniarii obligationum exsecutione decreti ultimi generalis capituli admonitus, cum iis hucusque quam saepissime desit, Rmum Capitulum praesens iterum admonendo, pro qualibet sui muneris ad missam sollemnem et Votivam Lipscianam, per canonicum septimantem celebrandas, omissione [*s. 137*] mulctam 20 grossorum polon. de ipsius qua cae-

[33] *Prawnym proboszczem kolegiaty była kapituła, lecz wikariusze sprawowali duszpasterstwo.*

[34] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

[35] *Ks. Cudnowski ceremoniarz kol.*

remoniarii pensione detruncandorum, et in Massa Capitulari retinendorum decernit. Ut autem decretum praesens et admonitio suum effectum sortiatur, ilris adm. rdus nostri Capituli **Notarius** vel senior **Aedituus** ad fidelem connotationem alias obstricti, absentias memoratas notabunt et adm. rdo **Vicecustodi**, sive quartualium deservita exsolventi quolibet quartuali in ordine faciendae detruncationis reddent.

[1999] s. 137 (16 Iun.). *Relatio Deputati ad Sacristiam et libros.* Pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus loci, ad revisionem supellectilis Ecclesiae et librorum deputatus, retulit: 1[mo] Supellectili nihil accessisse vel decessisse. Argenteria tantum, absque elucidatione illorum ponderis inveniens, infert, quatenus cuiuslibet effecti pondus exquiratur, in inventarioque eiusdem Ecclesiae supellectilis exprimatur. [2[do]] Libros metrices et fundationum ab ultima revisione hucusque in bono ordine invenisse. Difficultatem tamen decretorum duorum generalium capitulorum, nempe Festorum Pentecostes anni 1808 et Immac. Conceptionis 1809 quoad conscriptionem libri fundationalis sibi contradicentium resolvendam proposuit. Et Rmum Capitulum pilri adm. rdo Deputato gratias agnes, argenteria mobilia praesentis Ecclesiae tam pro bono ordine inventarii, quam pro mox futura generali visitatione, in praesentia pilris adm. rdi Procuratoris et ilris adm. rdi nostri Capituli Notarii ponderanda, et quaequae iuxta suum pondus in inventario supellectilis Ecclesiae exprimenda decrevit. De libro vero fundationum quod sequitur.

[2000] s. 137. *Liber fundationalis.* Ad tollendas controversias nonmodo iam ortas, quisnam librum fundationum in Sacristia Cleri manentem consignare teneatur, et ad rectificanda praeteritorum capitulorum generalium Fest. Pentecostes 1808 et Immac. Conceptionis 1809 decreta, Rmum Capitulum praesens adm. rdum Vicecustodem, nunc et pro tempore exsistentem, prout totius devotionis ordini et absolvendis functionibus invigilandi onus habentem, ad accuratam tempestivemque praenominati libri consignationem obligandum esse et fore per praesentes decrevit.

[2001] s. 138—140 (18 Iun.). *Domus Secretarii.* Praetensae expensae in reparationem Domus Secretarialis scriptotenus per adm. rdum Śladecki anteactum nostri Capituli notarium porrectae, ad summam florenorum 1718 gr. 16½ accedentes, praesens Capitulum, quatenus praefatus adm. rdus Śladecki absque scitu Rmi Capituli expendebat, in toto non potest refundere, tamen flor. 1200 ex Massa Capitulari exsolvendos. Statum huius domus actis praesentibus ingrossandum et circa revisiones curiarum domum eandem semper revidendam decernit.

**Opisanie mieszkania** dla X. Sekretarza Przewielebnej Kapituły Kolegijaty Łowickiej wyznaczonego, w dniu 3 [s. *139*] kwietnia roku 1810 uczynione. Pomiędzy mieszkaniem JXX. Wikaryjuszów Kolegijaty Łowickiej a domami tychże w Rynku Starego Miasta będącemi, idąc uliczką śrzodkiem brukowaną ku Rzece, przy kończącym się bruku jest na lewej ręce parkan, którego słupy, przyciesi i czapy dobre. W nim furtka na hakach-zawiasach z ryglem i klamką. Nad furtką numer domu 134. Od tej furtki dane są sztachety, przed domem z drzwiczkami na hakach z zawiasami i zamkiem do ogródka. Od furtki dany bruk [d] ku sieni. Wystawa przed domem na południe wystawionym nieco jest pochylona. Drzwi do

[d] *Następują skreślone słowa* do sieni.

sieni dębowe, na pół otwierające się, na zawiasach, z klamką, skoblem, z ryglami w górę w śrzodku. Nad temi okienko bez jednej szyby. Sień jest częścią kamieniami, częścią cegłą brukowana. W niej forsztowanie z tarcic sosnowych na dwoje sień dzielące; w którem drzwi na zawiasach, z klamką i antabą. Po lewej ręce do stancyi są drzwi sosnowe, nowe z zamkiem i kluczem francuskim. Odrzwi zewnątrz i wewnątrz futrowane, haki i zawiasy dobre. W stancyi tej dwa okna dobre taflowe, po 6 szyb mające. Ramy dębowe z futrowaniem sosnowym, haczykami i innem okuciem; z okiennicami, przy których haki, zawiasy i przechodniki do zamykania żelazne. Podłoga dobra. Pieca nowego moskiewskiego dubletowego połowa, z drzwiczkami i rurą blaszaną; komin murowany. Obicie na ścianach papierowe. Od roku 1798 w kominie blacha do zamykania. Z tej stancyi drzwi pojedyncze dębowe na zawiasach i hakach, w których zamek stary z jedną antabą i haczykiem. W alkierzu okno z okiennicą jak w poprzedniej stancyi. Podłoga zupełnie dobra. Obicie papierowe od roku 1799. Pieca moskiewskiego dubletowego dolega połowa, z drzwiczkami i rurą blaszanemi, jak w pierwszej stancyi. Komin w alkierzu zniesiony, a to dla obawy ognia, z pochyłości jego w ścianie zająć się mogącego. Połap bielony. Z alkierza do sieni drzwi dębowe z zamkiem francuskim, kluczem, haczykiem, gałką na hakach i zawiasach. W sieni tej bruk z kamieni. Do piwnicy drzwi, w ramach reparacyi potrzebujące, z trzema zawiasami, hakami i skoblem. Nad piwnicą są drzwi dębowe do stancyi nowej na hakach, zawiasach, z zamkiem mocnym francuskim, kluczem, z zasuwką i haczykiem. W stancyi tej podłoga nowa. Okno w 6 tafli z futrem, okiennicą nową i potrzebnem tymże okuciem. Piec nowy z białych kafli do dwóch stancyj. Drzwi do izby czeladnej sosnowe stare; u tych zamek francuski z kluczem, dwiema haczykami i ze skoblem. Odrzwi i próg futrowane. W izbie czeladnej podłoga przy piecu, kominie i szafie nadpsuta. Komin nowy z blachą do zamykania i szabaśnik nowo murowany. Obydwie te stancyje nowo bielone. Okna taflowe w ramach dębowych, futrowanie sosnowe, okiennice na zawiasach jak u okien pierwszych. Z tej izby czeladnej do sieni drzwi sosnowe nowe, z futrowaniem zewnątrz i wewnątrz, na hakach i zawiasach, z zamkiem francuskim i kluczem. Z tej izby, wychodząc przez sień na podwórko, są drzwi stare na zawiasach i hakach, z ryglem, klamką i antabą. Nad drzwiami w oknie dwie szyby zepsute. Pułap nad sienią dobry, bez zamknięcia góry. Komin tu, zewsząd uważany, dobry. Wychodząc na podwórko, po lewej ręce są chlewy i kurniki, na prost wystawa i stajnia, po prawej — do wjazdu na podwórko wrota. Co do chlewów, to stoją przy parkanie, między domem i wystawą. Parkanu tego słupy, przyciesi i ocapy, jako też ściany z tarcic stojących dobre. Chlewy, nad któremi kurniki, bez pułapu, nowe z tarcic; tarcicami także całemi pokryte. Do chlewów dwoje drzwi na hakach i zawiasach i z haczykami. Po[*s. 140*]łowę szerokości podwórka, jak domu uważanej, zajmuje wystawa, drugą połowę stajenka; tej ściany, podwaliny, czapy, słupy dobre. Drzwi na zawiasach i hakach ze skoblem. W całej stajni żłób. Dymnik z felcem bez drzwi na górę. W kącie wystawy miejsce z tarcic, bez drzwi. Połapu nad stajnią i wystawą nie masz. Do tej są wrota między dwiema ścianami, które wrota, jak i ściany gontami pokryte. U wrót słupy, próg, skobel, copy i kony dobre. Dachy nad domem, stajnią, wy-

stawą (prócz ganku czyli wystawy) i wrotami dobre. Powracając z podwórka i wychodząc na ogród, pomiędzy podwórzem JXX. Wikaryjuszów a tym ogródkiem, jest parkan, u którego przyciesi, ocapy i słupy, prócz jednego, któren z pomienionego podwórza na ten ogródek siłą jest wyparty. Naprzeciw tego parkanu jest inny, którego także przyciesi, słupy i ocapy dobre, który nadto gontami pokryty. W tym parkanie, za zezwoleniem Collegii JXX. Wikaryjuszów, dana jest fortka, u której haczyk, zawiasy i haki dobre. Drzewek owocowych dość podana P. Kapitule w tit. 11. Nb. pięć szyb pękniętych w stancyjach. (Signatum:) Vidi et approbavi, die et anno ut supra. Nicolaus Alexius Ondernard deputatus. Petrus Michałowski secretarius Reverendissimi Capituli, assisentes m.p.

[2002] s. 140. *Liber Privilegiorum.* Librum, in quo privilegia omnia, sparsim in Archivo nostri Capituli in originalibus asservata, manu adm. rdi Petri Śladecki, antaecti nostri Capituli notarii, diligenter perscripta sunt, ab eodem oblatum, Rmum Capitulum gratum habens et laborem remunerare cupiens, aureos 20 sive 360 florenos polon. ex Massa Capitulari eidem adm. rdo Śladecki enumerandos. Ad verificandum vero cum suis originalibus pilrem adm. rdum Nicolaum Alexium Ondernard et ilrem adm. rdum Petrum Michałowski nostri Capituli notarium deputatos decernit per praesentes.

[2003] s. 141. *Notarium 3$^{tius}$ Montis Pii.* Ad vacantem, obitu ilris adm. rdi Casimiri Muzolff vicarii praesentis Ecclesiae[86], tertium Montis Pii notariatum Rmum Capitulum unanimi voce ilrem adm. rdum Petrum Michałowski nostri Capituli notarium eligit, eique (dempta quarta parte iuxta Constitutiones anni gratiae pie defunctum spectante) proventum annualem assignat per praesentes.

[2004] s. 141. *Diplomatis Cruciferiae [Archiepiscopalis] in personam pilris rmi archidiaconi Wodziński ingrossatio.*

[2005] s. 141. *Diplomatis Capellaniae Regiae [eiusdem Wodziński] ingrossatio.*

D. 28 Iunii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[2006] s. 142. *Calculus adm. rdi Śladecki vicecustodis.* Decretum de die 1 Februarii a.c. ad effectum deducendo, pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus loci calculum ab adm. rdo Petro Śladecki receptum et finitum praesenti Capitulo retulit. Et Capitulum praesens, gratias agens, eundem calculum pilri adm. rdo Procuratori tradens, solvenda de Massa Capitulari vel ad eandem recuperanda, iuxta hunc calculum, praecommisit.

**Obrachunek** ab ultimo calculo Festorum Pentecosten anni 1809 oddany, cum annexis documentis et quietationibus, przez jmć księdza Śladeckiego podkustoszego Kapituły Łowickiej, kanonikowi Ondernard komisarzowi ad hoc przez dekret [z] 1-go lutego roku 1810. Debet Rmo Capitulo praefatus Vicecustos — — zł 2419 gr 2 den 11. Debet autem praefato Vicecustodi Rmum Capitulum — — zł 2931 gr 28 den 4½ — — Łovicii, 27 Iunii 1810. (signatum:) Nicolaus Alexius Ondernard deputatus: Ita est. Petrus Śladecki. Productum in Capitulo 27 Iun. 1810 et approbatum. Felix Wodziński archidiaconus, praeses m.p.

D. 11 Augusti, in capitulo [partiali] extraordinario:

[2007] s. 143. *Delegatio ad Secretariam.* Praesens Capitulum ad illa-

[86] *Kazimierz Muzolff wik. kol. i trzeci not. M. P.*

tionem ilris adm. rdi nostri Capituli Notarii pilrem adm. rdum Nicolaum Alexium [Ondernard] canonicum Łoviciensem delegavit, quatenus statum reparandorum in Domo Secretariali et subsequendae incirca expensae perpendat, nostroque Capitulo pro futuro proxime hebdomadali capitulo referat.

D. 26 Octobris, in capitulo [partiali] extraordinario:

[2008] s. 143. *Petitum adm. rdi Śladecki.* Petitum adm. rdi Petri Śladecki Ecclesiae praesentis vicecustodis, quo se liberum ab eodem munere Vicecustodis declarari desiderat scriptotenus, de die 25 m.c. porrectum hodie, Capitulum praesens ad futurum generale capitulum differendum decernit.

Dieb. 10—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2009] s. 144. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tum visitationum, tum generalis capituli immediate praeteriti subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praesidens [37] conscripsit.

[2010] s. 144. *Deputatio ad librum fundationum etc.* Ad revisionem librorum fundationalis et metrices pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus deputatur.

[2011] s. 144. *Revisio Sacristiae.* Revisionem Sacristiae, supellectilis et argenteorum eorumque ponderationem pilris rmus dnus Praepositus in se suscepit cum pilri adm. rdo dno Theodoro Wiesiołowski canonico procuratore.

[2012] s. 145 (11 Dec.). *Planum responsionum ad visitationem generalem proxime subsequendam.* Planum responsionum, in ordine subsequendae visitationis generalis per pilrem adm. rdum Theodorum Wiesiołowski canonicum procuratorem nostri Capituli confectum et in praesenti capitulo relectum, Capitulum praesens approbat perscribendumque ad mundum committit per praesentes.

[2013] s. 146 (13 Dec.). *Relatio PAR Deputati ad libros metrices.* Pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus Łoviciensis, ad libros metrices et fundationum revidendos deputatus, retulit omnia in bono et accurato ordine exsistere. Et Rmum Capitulum pilri adm. rdo canonico Deputato gratias agit.

[2014] s. 147. *Relatio de revisione Sacristiae.* Cum revisio inventarii Sacristiae totiusque Ecclesiae longiori tempore indigeat, relationem de revisione faciendam Capitulum praesens capitulo partiali relinquit.

[2015] s. 147 (14 Dec.). *Relatio PAR Deputati ad Domum Secretarialem.* Pilris adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard canonicus, pridem in septimanali capitulo ad perpendendam in Domo Secretariali reparationem faciendam, heri vero ad verificandam iam factam deputatus, retulit reparationes factas iuxta porrectum sibi per ilrem adm. rdum Secratarium calculum et omnino faciendas, et actu summa cum industria et accuratione perfectas, summam mediocrem florenos 145 gr 13½ polon. ascendere. Rmum Capitulum pilri adm. rdo canonico Deputato gratias agens, praefatam quotam flor. 145 gr 13½ de Massa Capitulari ilri adm. rdo nostri Capituli Secretario refundendam decrevit per praesentes.

[2016] s. 147. *Electio et ordinatio Vicecustodis.* Ordinationem adm. rdi Vicecustodis, in praesenti capitulo perlectam, actis ingrossandam Reve-

[37] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

rendissimum Capitulum demandat, cum originali vero confrontandi et per extractum adm. rdo Petro Śladecki vicecustodi Insignis Ecclesiae Collegiatae Łoviciensis nunc electo communicandi, iuramentumque personale ab illo recipiendi partiali capitulo vigor huius relinquitur. Quod autem spectat pensionem annuam, florenos polon. 200, dummodo calculus cum adm. rdo Wittan in Bąków commendario[38] perficiatur, praesens Capitulum adm. rdo Vicecustodi assignat huius decreti vigore. Sequitur ordinatio:

[2017] s. 147—153. *Reverendus Sacristianus eiusque officium.* Cum Praelatura Custodiae in hac Ecclesia Insigni Collegiata, obitu rmi olim Alexandri Nowicki[39] anno 1800 subsecuto vacans, per planum futurae reductionis personarum Gremii Capituli praesentis properpetuo suppressa proposita sit, officium vero Praelato Custodi de iure incumbens, quod est regimen internum Ecclasiae ac utriusque tam Maioris, quam Minoris Sacristiae ad mentem [s. *148*] plani pro futuro statuto reductionis personarum Gremii Capituli huius ad Capitulum hoc devolutum et per Procuratorem Capitularem, pro tempore exsistentem, sustinendum et exercendum decernitur, ideo capitulum generale praesens ad regimen tam Ecclesiae, quam Utriusque Sacristiae et ceterorum his annexorum imprimis suum pilrem **Procuratorem** Capitularem, pro tempore exsistentem, pro semper deputat ipsumque Procuratorem muniis Praelato Custodi olim hac in parte incumbens exercere demandat. In **adiutorium** vero ipsius, ad subalternam Ecclesiae et Sacristiarum curam gerendam ceteraque obsequia exequenda, Officium Sacristiani, vulgo hucusque appellati Vicecustodis, constituit. Ad quod officium unns de Clero Minori huius Ecclesiae Collegiatae per Capitulum eiusdem unanimitate vel pluralitate votorum eligi debebit. Qui reverendus Sacristianus, seu vulgo Vicecustos, ita electus, munus hoc suum sub directione Procuratoris Capitularis pro tempore exercebit. Antequam vero idem rev. Sacristianus officium hoc suum inchoaverit, **iuramentum** emittet in hac forma:

Ego N.N. iuro Deo Omnipotenti, quod assumptus a Reverendissimo Capitulo Insignis Collegiatae Łoviciensis in Sacristianum Ecclesiae, vulgo dictum Vicecustodem, munus hoc mihi impositum fideliter et conscientiose implebo, recto ordini tam interno, quam externo Ecclesiae huius Collegiatae ac securitati eiusdem diligenter invigilabo. Personas ad ministerium Ecclesiae et Sacristiae spectantes, ut sua quisque officia satisfaciat, dirigam et admonebo. Res Ecclesiae omnes, custodiae meae traditas, per memetipsum custodiam. Nullam rem ex metallo quovis, aut apparatu sacro vel ornamento et mobili quocumque absque consensu Reverendissimi Capituli, vel saltem perillustris Procuratoris Capitularis extradam et commodabo, ac taliter commodatae rei restitutionem quam citissimam procurabo, ac omnia et singula puncta instructionis a Reverendissimo Capitulo mihi praescripta cum omni fidelitate adimplebo. Sic me Deus adiuvet et hoc Sanctum + Dei Evangelium.

*Munera et obligationes rdi Sacristiani hic enucleantur et determinantur sequentia:*

1° **Ecclesia** haec tota cum integra sua **supellectili** immediatae curae

[38] *Bogumił Wittan komendarz par. Bąków wciel. do benef. kustodii.*
[39] *Aleksander Nowicki m.in. prał. kust. łow. w l. 1780—1800.*

ipsius committitur. Hinc internae et externae Ecclesiae istius securitatis quam diligentissimae invigilare, supellectilem sacram tam auream et argenteam, quam ceterorum praetiosorum, atque indumenta sacra et ornamenta cuncta, tum quaevis mobilia Ecclesiae, iuxta accuratam descriptionem, in revisione capitulari confrontatam, quam diligentissime custodire debebit. Descriptiones seu inventaria rerum eiusmodi omnium in loco tuto conservabit et, si quid ad inventaria rerum huiusmodi accesserit vel decesserit, facta prius pilri Procuratori notitia, illud mox annotabit et circa subsequentem revisionem capitularem confrontandum exhibebit. Claves ab armariis Aerarii Capitularis, ubi reposita est supellex sacra pretiosior, penes se continuo fovebit nec easdem cuipiam Aedituorum committet. Item clavem a stuba Aerarii Ecclesiae pariter apud se custodiet et, quotiescumque indumenta sacra exponi aut recondi debebunt, Aedituis illa portantibus, praesens aderit, ut omnia suis in locis bene posita sint. Calices cum patenis integros ac nitidos conservabit. Corporalia, purificatoria et pallarum linteola, ante eorum lotionem, ipsemet prius aqua lustrabit, in piscinum refundenda. Albas, humeralia et linteamina altarium, quoties opus fuerit, lavari faciet cunctaque linteamina sacra, post illorum lotionem, reconciliare numquam intermittet. Ut panis pro Sacrificio Missae nitidus et sine macula sit, diligentissime attendat utque copia eiusdem, iuxta exigentiam, praesto habeatur, curabit sedulo. Ut renovatio specierum Sacramenti suo tempore fiat, Rdos Vicarios, quorum id muneris est, praemonebit.

2° Rdus Sacristianus curam et directionem **Aedituorum** sive Servitorum Ecclesiae immediatam gerere debet et attendere, ut in ministerio Ecclesiae ac Sacristiae continui sint. Ut sobrie, fideliter, pacifice ac modeste se gerant; ut pulsus omnes pro devotionibus, iuxta praescriptum in hac Ecclesia ordinem, accurate faciant; ut indumenta sacra, iuxta exigentiam, tempestive praeparent; ut eadem indumenta sacerdotibus imponant et dein illamet deponentes adiuvent cum omni dexteritate et promptidudine; ut sub tempus cuiusvis devotionis cum expositione Smi [*s. 149*] Sacramenti peragi solitae numquam aliter in Ecclesia incedant, nisi decenter vestiti et superpelliceis tecti; ut altaria, stalla et scamna ac confessionalia depurgent; ut vinum ad Sacrificia, quod sub clavi manibus rdi Sacristiani commissum exsistit, recte et moderate dispensant; ut luminaria tam cerea, quam alterius speciei caute et scite tractent et collocent, ac fideliter dispensent; ut lampades tempestive et recte praeparent, residua cereorum reconderint, lampadem coram Sanctissimo die noctuque accensam foveant, ac alteram in Capella Horti Getsemani suis temporibus accendant. Rdus Sacristianus invigilabit, ut Ecclesia debito tempore occludeatur et ante sui occlusionem integra per angulos et abdita loca, etiam cum lumine adhibito, lustretur et ignis coram Sanctissimo noctu relinquendus contueretur. Clavis parva Smi Ciborii, ut diurno solum tempore in sera sua relinquatur, post vesperas autem, ante occlusionem Ecclesiae, Ciborium rdus Sacristianus ipsemet occludat et clavem inde extractam in armario Sacristiae Vicarialis ad id designato reponat. Claves etiam tam Ecclesiae, quam Sacristiarum, finito ministerio diurno, penes rdum Sacristianum semper reponendae sunt. Quotiescumque sacerdotes pro sacramentorum infirmis administratione nocturno tempore vocari contingerit, tunc Aedituus eo turno vigiliam noctis sustinens ad

fores cubiculi rdi Sacristiani pro sumendis clavibus Ecclesiae pulsare debeit, et ideo aditus ad hasce fores, quoad fieri potest, facilis procurandus est. Aedituorum seu Famulorum Ecclesiae receptio, eorum alienatio ad pilrem Procuratorem Capitularem semper spectabit. Qui antequam novum Aedituum recipiet vel actu famulantem alienabit, Capitulum nostrum, etiam partiale, certiorabit. Et quoties novum Aedituum recipiet, iuramentum coram se ipsi praestare mandabit in sequenti rotha:

Ja N.N. przysięgam Panu Bogu Wszechmogącemu, w Trójcy Świętej Jedynemu, iż póki będę służył Kościołowi Kolegijaty Łowickiej, zawsze i we wszystkim wiernie i pilnie usługi moje wykonywać będę; i, że nie tylko ja sam na moją potrzebę żadnej rzeczy kościelnej, od największej do najmniejszej, nie wezmę, ale też jej nikomu nigdy nie wydam; i owszem srebra, wina, aparatów, wosku, łoju, cyny, miedzi, żelastwa, sztuk drewnianych i wszystkiego inwentarza kościelnego strzec będę, aby żadna w nich nie stała się szkoda. A jeślibym widział lub słyszał, iż przez kogo najmniejszy uszczerbek Kościołowi dzieje się, tego donieść, gdzie należy, sumiennie obowiązuję się. A jeśliby kto przez zapomnienie jakową rzecz w tym Kościele zostawił, tę poprzątnę i wiernie okażę rządcom Kościoła tego i Zakrystyi. Tak mi dopomóż Panie Boże Wszechmogący, w Trójcy Świętej Jedyny, niewinna męko Pana naszego Jezusa Chrystusa i wszyscy Święci.

3° Cura immediata eorum, qui **Psalterium** diurnum nocturnumque decantant, rdo Sacristiano incumbit. Hinc idem rdus Sacristianus curabit, ut quisque canens Psalterium horis, pro quibus se huic operis mancipavit, devote et vigilanter cantet, nec se ullatenus absentet vel aliis extraneis occupationibus a cantu distrahat. Utsi cantoribus substitutos nonnumquam ad canendum tribui oporteat, tales substituti, nisi cum scitu et assensu pilris Procuratoris Capitularis, assumantur. Quodsi animadverterit, quod cantantes horis nocturnis non sint pii, fideles ac sobrii, de eo Procuratorem praemoneat. Attendet, ne cantans, expletis suis horis, prius e loco abscedat, nisi alter in locum eius sequens praesto iam adsit, ut ita Psalterium sine intermissione statis temporibus decantetur, ut custodia Ecclesiae continua habeatur. Cantorum Psalterii receptio ab ipso pilri Procuratore Capitulari dependebit, etiam absque avisatione Capituli, qui quidem cantores nullum praestabunt iuramentum.

4° **Correptio** deviorum Aedituorum, cantorum Psalterii ac aliorum inservientium Ecclesiae rdo Sacristiano committitur, maioris vero poenae pro gravioribus excessibus [s. *150*], uti privationes salarii et alienatio ab obsequio, de consensu pilris Procuratoris Capitularis, nisi fieri poterunt pensiones pro Aedituis Ecclesiae, pro cantoribus Chori ac Musicis, tum pro canentibus Psalterium ex Aerario Capitulari quartualatim pendendas, pilris Procurator Capitularis rdo Sacristiano extradet, ut de manibus huiusce ultimodicti quivis illorum suam portionem percipiat. Quarum sic distribuendarum pensionum regestra rdus Sacristianus quolibet quartuali exeunte pilri Procuratori Capitulari exhibebit. Carentias Chori cantorum, iuxta antiquum morem per organarium Ecclesiae notandas, rdus Sacristianius quovis quartuali finito pilri Procuratori Capitulari monstrabit, ab eodem subscribendas. Calculus generalis carentiarum huiusmodi ante capitulum generale Pentecostes, quovis anno, coram pilri

Procuratore fiet, et quota subtractae huiusmodi pecuniae decisioni capituli generalis a Procuratore submittitur.

5° Cura **campanilis** magni proxima rdo Sacristiano committitur, qui attendere debet, ut pulsus omnes pro devotionibus iuxta ordinem suum regulariter fiant. Pulsus etiam pro defunctis personis quavis oblata opportunitate ordinabit, ac solutionem pro iisdem pulsibus perceptam libro seorsivo diligenter inscribet. Calculum de percepta pecunia, a campanarum pulsu pro personis defunctis, ante capitula generalia bis in anno pilri Procuratori Capitulari reddet, et duas tertias partes eiusmodi proventus, fabricam Ecclesiae huius concernentes, pilri Procuratori Capitulari extradet. Curabit etiam, ut Aeditui Ecclesiae extraneos homines ad campanile non admittant, sed solis dumtaxat de Hospitali Ecclesiae adhibitis validioribus personis in pulsu campanarum iuventur. Atque ingredientes campanile cum lucerna caute procedant et, ut fores campanilis semper occlusae teneantur, et clavis a praedictis foribus penes unum de Aedituis Ecclesiae reposita sit.

6° Cura immediata **pauperum Hospitalis** Collegiatae huius ad Ecclesiam S. Leonardi, in Coemeterio Publico exsistentis, rdo Sacristiano incumbit. Qui pecuniam pro stipendiis quotidianis pauperum Hospitalis istius et pro ceteris ipsorum solitis expensis a pilri Procuratore Capituli recipiet, et eiusdem pecuniae expensam libro seorsivo consignabit, calculumque de percepta et expensa pecunia eidem Procuratori bis in anno, ante capitula generalia vel etiam saepius, si ab ipso requisitus fuerit, reddet. Item, cum pauperes Hospitalis istius tam viri, quam mulieres in hac Ecclesia Collegiata deservire et excubare toto tempore, quo Ecclesia haec aperta est, ac noctibus etiam viri pauperes per turnum ad Ecclesiam vigilias tenere obligantur, hinc rdus Sacristianus animadvertet, ut omnes, casu infirmitatis excepto, modeste, sobrie ac devote in Ecclesia quolibet die versentur. Ut viri pauperes Hospitalis istius luminaribus super altari quolibet accensis attendant, et suo tempore eadem exstinguant; ut sacerdotes ad infirmos cum Smo Sacramento euntes per Civitatem, tuto tractu cum lumine et tintinnabulo comitentur, vel iis ad infirmos proficiscentibus, usque dum currum ascenderint, cum lumine assistant; ut ad ianuas ex utroque latere Ecclesiae apertas saltem unus et alter pauper continuo adsit; ut vir pauper noctu, ex turno custodiam Ecclesiae habens, sobrius ac diligens in loco sibi designato maneat. Mulieres vero pauperae Hospitalis istius, ut pavimentum integrum Ecclesiae, saltem bis in qualibet septimana, scopis vomant [*s. 151*] et scamma depurgent. Ac denique omnes pauperes Hospitalis huius preces, vi fundationis sibi impositas, devote persolvant ac in ceteris pietatis officiis se exerceant. Receptio pauperum Hospitalis S. Leonardi vel eorum inde alienatio ad pilrem Procuratorem Capitularem spectabit, qui in eo iuxta mentem Capituli a se cognitam procedet. Ad eleemosynam per Civitatem, statis diebus colligendam, unum pauperem fidelem et abstemium rdus Sacristianus, data ipso cistula occlusa, deputabit. Quam, facta collecta, idem pauper rdo Sacristiano tradet, ut in eius et alterius pauperis Hospitalis praesentia pecunia de cistula deprompta numeretur et quota eiusdem regestro speciali a rdo Sacristiano inscribatur. Et sic collectae eleemosynae quovis quartuali a rdo Sacristiano distributio in pauperes Hospitalis S. Leonardi fiat.

7° **Ordo devotionis** in hac Ecclesia Collegiata servandae, ut rdo Sacristiano eo perfectius innotescat, ideo seriem huiusmodi devotionis omniumque ministeriorum, altarium in libro fundationum describet, tum anniversariorum totius anni tabulam atque septimanarum capitularium et ministrantium pro diaconis et subdiaconis consignationem, a rdo Secretario Capitulari dari sibi tempestive exquiret. Ut omnes fundationales obligationes libro fundationum inserendae adamussim impleantur, semper strenue invigilabit et de omissionibus Procuratori Capitulari deferet. Ut denique Clerus non aliter, nisi superpelliceatus Ecclesiam ac Chorum ingrediatur, animadvertat; quod a pueris etiam e Schola Alumnatus Capitularis, dum circa altaria deserviunt, omnino requirendum est.

8° Quaecumque res pro Ecclesia et Sacristia **comparandae** sunt, uti luminaria tam cerea, quam alterius speciei, vinum etc., tum, si quae supellectilis ecclesiasticae **reparatio** (excepta sola minoris momenti), vel eiusdem nova acquisitio opportuna fuerit, de his omnibus, antequam comparentur, rdus Sacristianus pilri Procuratori Capitulari tempestive notificare, et quid sibi ab ipso commissum fuerit, hac in parte adimplere tenetur. Si quae fabrica et reparatio in Ecclesia Collegiata, coemeterio et campanili eiusdem, in domo aliqua capitulari et hospitalari occurrerit, in ea promovenda et curanda rdus Sacristianus pilrem Procuratorem Capitularem semper iuvabit ipsique rationem promptam de peractis reddere tenebitur.

9° Idem rdus Sacristianus **regestra distributionum** pro Collegiis Cleri Minoris istius Collegiatae, pro ministeriis diversorum altarium, pro cantoribus et Aedituis Ecclesiae ac nonnullis extraneis fundationibus, ad regestrum Cleri pertinentibus, iuxta antiquam praxim conscribet ac, quartuali quovis finito, pilri Procuratori pro tempore exhibebit, ut ab eodem, facta discussione et supputatione articulorum necnon occurrentium ratarum pro tributis publicis respective subtractione, reliquum concernens pecuniae paratae de Aerario Capituli percipiet et eandem, iuxta respectiva computa, procuratoribus Collegiorum et ceteris singulis individuis, absque ulla interposita mora, enumeret, accepto reversali conveniente in ipsomet regestro vel etiam separtim tribuendo. Regestra vero quartualium [*s. 152*] exsolutorum, quolibet anno exeunte, una cum suis reversalibus, Procuratori Capitulari ante capitulum generale Pentecostes consignabit, ut rationario capitulari ab eodem inserantur.

10° **Oleorum Sacrorum** pro toto territorio iurisdictionis Consistorii Generalis Łoviciensis procuratio ad rdum Sacristianum spectabit. Qui ex materialibus a se comparatis, pro nonnullis aliis impensis et suo labore, moderatam retributionem ab ecclesiis recipiet. Distributionem vero oleorum sacrorum per seipsum vel alias per sacerdotem a se invitatum praestabit ac vasa cum oleis sacris toto tempore distributionis in Armario Vicarialis Sacristiae, bene clauso, manere debebunt. Semper elenchum parochorum per decanatus recipientium hinc olea sacra rdus Sacristianus conscribet et, si quis parochus non per decanum suum, sed singillatim olea sacra recepturus [et] id ante Festum Pentecostes facere neglexerit, mox talem aut tales parochos Consistorio Generali Łoviciensi rdus Sacristianus denuntiare obstringitur.

11° Rdus Sacristianus in Ecclesia et Sacrario quam saepissime prae-

sens adesse debet, ita ut non solum diebus maiorum sollemnitatum, sed etiam quocumque feriato die ordini devotionis, Sacristiae necessitatibus, Aedituorum et ceterorum ministrantium in Ecclesia obsequio attentissime invigilet et omnes sibi impositas obligationes conscientiose impleat. Hinc ad continuam penes hanc Ecclesiam Collegiatam **residentiam** strictissime obligatur, nec se ab eadem ultra duorum dierum spatium propria voluntate absentare poterit. Quodsi vero iusta necessitas diuturnioris absentiae eidem obvenerit, tunc eam pilri Procuratori Capitulari manifestare et ab eodem licentiam pro suo discessu procurare tenebitur. Pro casu diuturnae absentiae rdi Sacristiani, si id opus feurit, substitutus ad obeunda munia ipsius per Capitulum nostrum, etiam partiale, proponente Procuratore Capitulari, designabitur. Claves a stuba Aerarii Ecclesiae et ceteras sibi commissas rdus Sacristianus tempore suae absentiae penes pilrem Procuratorem Capitularem deponi curabit.

Reverendus Sacristianus seu vulgo Vicecustos Ecclesiae dictus pro hoc suo officio et muniis, punctis superioribus contentis, **pensionem** et **emolumenta** tractu cuiusvis anni percipiet sequentia:

| | |
|---|---|
| 1. Pensionem antiquam Vicecustodis, de Aerario Capituli pendi solitam, florenorum polon. . . . . . . . . | 80; |
| 2. Pensionem noviter in capitulo generali moderno additam et a Festo proximo Circumcisionis Domini computandam | 120; |
| Pensionem annuam in toto flor. | 200. |

Insuper habebit ministeria altarium in Ecclesia Collegiata praesenti sequentia:

| | |
|---|---|
| 1. Missam cantatam qualibet feria sexta de Passione Domini fundationis principis Nicolai Prażmowski archiepiscopi Gnesnensis [40], pro qua percipiet censum a summa super bonis Gole [41] locata, uti nunc per 5 pro centum, flor. polon. | 102,25¾; |
| 2. Missas lectas 5 in Capella S. Crucis, ex fundatione principis Adae Komorowski A.G.[42], pro quibus percipiet ex censu de bonis Przecławice [43] stipendium, uti nunc in florenis | 28,17; |
| 3. Missas lectas 12 ad Altare S. Iosephi vel S. Barbarae pro agonizantibus, ex fundatione Georgii Barszcz [44], pro quibus percipiet ex [s. 153] censu de bonis Przecławice stipendium in flor. . . . . . . . . . . . . . . | 24; |
| 4. Missas 12 ad Altare S. Ioannis Nepomuceni eiusdem fundationis, pro quibus stipendium [flor.] . . . . . . . | 24; |
| 5. Pro duobus anniversariis et tribus missis lectis pro anima Vladislai Łubieński A.G.[45], ex censu de bonis Szreńsk [46] stipendium flor. . . . . . . . . . . . . . | 16; |
| 6. Pro missis lectis 15 ad Altare S. Ioannis Nepomuceni, fun- | |

[40] *Mikołaj Prażmowski h. Bełina, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1666—1673.*
[41] *Gole wieś pod Grodziskiem Maz.*
[42] *Adam Ignacy Komorowski h. Korczak, dr ob. prawa, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1749—1759.*
[43] *Przecławice wieś pod Proszowicami.*
[44] *Jerzy Barszcz rajca m. Łowicza w poł. XVIII w.*
[45] *Władysław Aleksander Łubieński h. Pomian, m.in. arcybp gnieźn. i prymas w l. 1759—1767.*
[46] *Szreńsk wieś pod Mławą.*

dationis Michaëlis Awedyk canonici Łoviciensis [47], de censu super bonis Popówek [48] stipendium flor. . . . . . 45;

7. Pro cura devotionis per octavam Commemorationis Fidelium Defunctorum, fundationis eiusdem Awedyk, tum pro libris litaniarum ad hanc devotionem comparandis, parcipiet retributionem [flor.] . . . . . . . . . . 12.

Item habebit a pulsu campanarum pro personis defunctis, ex collecto proventu per annum tertiam partem . . . . [?]

Item pro distributione oleorum sacrorum et materialibus eorundem, ab unaquaque ecclesia parochiali poterit exigere ad summum per florenos 2 . . . . . . . . . . . [?]

Pro materialibus oleorum sacrorum ad Ecclesiam Collegiatam et simul Parochialem hanc assignatur rdo Sacristiano gratificatio annua de Massa Ecclesiae in florenos . . . . 18;

Item offerta de Parasceves et Sabbati Magni ad Sepulcrum Domini pertinet ad rdum Sacristianum . . . . . . [?]

Denique habebit mansionem eam, quam ipsi Capitulum Łoviciense designabit.

D. 20 Decembris, in capitulo septimanali ordinario:

[2018] s. 153. *Ordinatio adm. rdo Vicecustodi communicanda.* Capitulum praesens relectam ordinationem adm. rdi Vicecustodis, in omnibus ac singulis punctis menti Rmi Capituli conformem, declarat communicandam esse adm. rdo Petro Śladecki vicecustodi nuper electo, priusquam iuramentum praestabit, demandat. Pro recipiendo vero iuramento ab eodem adm. rdo Vicecustode diem capituli hebdomadalis ordinarii proxime sequentis assignat decreti praesentis vigore.

## 1811

Die 7 Martii, in capitulo ordinario septimanali:

[2019] s. 159—163. *Relacyja [Kapituły dla Prefekta depart. warszawskiego] o szpitalach do kościoła kolegijaty w Łowiczu należących.*

D. 8 Martii, in capitulo extraordinario:

[2020] s. 163—164. *Adm. rdus Petrus Śladecki ab officio Vicecustodis liberatur.* Capitulum praesens animadvertens adm. rdum Petrum Śladecki, huius Ecclesiae vicecustodem substitutum [49], non modo optantem officium suum deponere, sed insuper in exsequendis sui muneris officiis in dies minus alacrem esse, eundem ab hoc munere liberum declarat. Ne vero Ecclesia obsequio necessario, Aeditui et pauperes Hospitalis S. Leonardi inspectione destituantur, munus Vicecustodis (ad tenorem ordinationis eiusmodi officiorum in capitulo generali immediate praecedenti et in primo post generale septimanali verificatis) intermistice exercendum, ilri adm. rdo Petro [*s. 164*] Michałowski Capituli nostri notario committit. Et pilres adm. rdos dnos Theodorum Wiesiołowski et Basilium Popiel [50] canonicos loci, quatenus die ab ipsis praefigenda, inventariis

---

[47] *Michał Awedyk dr teol. i ob. prawa, m.in. kan. łow. w l. 1749—1760, audytor gen. Komorowskiego.*

[48] *Popówek wieś pod Łowiczem.*

[49] *W nr. [2018] zapisane, że wybrano go na rzeczywistego wicekustosza.*

[50] *Bazyli Popiel m.in. kan. łow. w l. 1811—1823.*

Ecclesiae, Sacristiae, Aerarii, Hospitalis S. Leonardi et aliarum rerum, sub cura Vicecustodis exsistentium, iuxta earum descriptionem, libris quibuscumque munus eius et modo memorato tangentibus, necnon clavibus Ecclesiae, Aerarii et campanilis ab adm. rdo Śladecki receptis [51], ilri adm. rdo dno Petro Michałowski tradant, Aedituosque et pauperes S. Leonardi dispositioni eiusmet subiciant.

D. 21 Martii, in capitulo hebdomadali ordinario:

[2021] s. 164—167. *Relatio de recepto inventario Ecclesiae et calculo ab adm. rdo Śladecki.* Capitulum praesens relationem de receptis inventario Ecclesiae praesentis, Aerarii, Sacristiae et allis adm. rdum Vicecustodem loci spectantibus ab adm. Petro Śladecki, hucusque [s. *165*] vicecustode substituto [52], traditioneque illorum ilri adm. rdo Petro Michałowski nostri Capituli secretario, vicecustodi intermistice constituto, ad tenorem decreti Capituli praesentis d. 8 a. et m.c. effectuata, per pilres adm. rdos Theodorum Wiesiołowski et Basilium Popiel canonicos loci, ad id specialiter deputatos, factam, ratam et gratam habens, actis Capituli inserendam decernit.

**Relatio** de revisione Aerarii Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis eiusdemque Sacristiarum ac omnis supellectilis ecclesiasticae, de recepto calculo adm. rdo Petro Śladecki praebendario Capellae Tarnovianae, sacristiano seu vicecustode Ecclesiae eiusdem, circa ipsius ab hocce officio suo recessus, per nos commissarios deputatos infrascriptos die 21 Martii 1811 anno Reverendissimo Capitulo Insignis Collegiatae Łoviciensis praestita:

Supellex Ecclesiae revisa et confrontata est iuxta inventarium ultimarie in anno 1810 descriptum, idque respective ad apparatus sacros et cetera mobilia et utensilia Ecclesiae, quoad argenteriam vero et res pretiosiores iuxta inventarium a. 1806 ultimarie descriptum.

**Argenteria** Ecclesiae, iuxta inventarium mox dictum, est in toto nec quidquam ex ipso hodie deficit praeterquam solum:

1. Crux magna argentea portabilis, quam celmus princeps Archiepiscopus feliciter modernus pro suo usu ad tempus commodavit a Capitulo;
2. Calix et patena sub nro 9, quae in anno 1807 die 9 Ianuarii, una cum apparatu ad missam, ad usum Capellae Castrensis [53] concessa sunt, iuxta reversales dni colonelli Dąbrowski [54].

Reliqua argenteria et cuncta pretiosa in suis partibus actu exsistunt.

Nb. In calice sub nro 1, gemmis ornato, deficiunt capilli nro 10. In theca aurea, in qua caput S. Victoriae V. et M., desunt parvae stellulae aureae cum capillis nro 9.

**Apparatus** sacri, iuxta inventarium anni 1810, sunt in toto, quali et quanto in utraque Sacristia, excepto quod in Sacristia Cleri Minoris casulae:

1. Coloris rubri sunt nro 16 in inventario notatae, et ad hunc numerum

---

[51] *Pierwszy to raz przy zmianie wicekustosza przekazano następcy podległe mu zasoby na piśmie. Stało się tak, że Śladecki podpadł kapitule.*

[52] *Por. przyp. 49.*

[53] *Mowa raczej o kaplicy wojskowej (polowej) niż o zamkowej w b. pałacu arcybiskupim w Łowiczu.*

[54] *Jan Henryk Dąbrowski generał i uczestnik kampanii napoleońskich.*

casularum unus deficit et sic 15 solum reperiuntur. Casula haec extradita est ad capellam in Boczki[55];
2. Sub articulo mappae, vulgo obrusy, nro 22 — loco 19 inveniuntur mappae 20, et contra [sub] nro 23 — loco 12 inveniuntur mappae 11;
3. Manutergia [sub] nro 26 — loco 23 sunt nro 21, reliqua detrita; sub nro 27 — loco 29 sunt tantum nro 28;
4. Tovaleae, vulgo towalnie, sub nro 33 — tovaleae detritae ac nullius usus nro 11;

Nb. Velamina imaginum, vulgo firanki, quae iam altaribus non appenduntur, servire poterunt pro conficiendis tovaleis, vulgo na towalnie converti;

Nb. In cellario Ecclesiae sub turri, inter supellectilem aeream, sunt [s. *166*] partes aeris nuli usui servientes; idem dicendum de ferreis utensilibus;

[Nb.] Cereorum iam numerus insufficiens superest et pro Paschate oportet saltem cereos magnos sex ad Maius Altare novos comparare;

Nb. Vinum ad Sacristiam partitim czyli garncami nunc conducitur Varsavia; sebum vero, tam scilicet candelae, quam pro lampadibus emitur iuxta opportunitatem;

Nb. Debitum ad fabricam cerealem dni Zawadzki et pro vino ad Ecclesiam est adhuc solvendum flor. 5270.

Recepimum praeterea ab adm. rdo Śladecki **calculum**:

1. De percepta a pulsu campanarum circa funus defunctorum, idque de $^2/_3$ partibus perceptae Ecclesiam concernentibus, $^1/_3$ pars enim rdo Sacristiano seu Vicecustodi cedit;
   Percepta haec $^2/_3$ partium a 4 Iunii 1810 ad 5 Martii 1811 anni efficit florenorum polon. 132;
   Hanc quotam adm. rdus Śladecki ex proventibus suarum praebendarum sibi detruncari petit;
   Nb. A plusu campanarum manent in retentis pro Ecclesia flor. polon. 36, pro adm. rdo Śladecki flor. 18;
2. De percepta et expensa Ecclesiae ac Sacristiae:
   Percepit a Festis Pentecostes 1811 anni a Procuratore Capitulari flor. polon. 117;
   Expendit flor. 115 gr. 15, ut in annexo regestro summatice expressum est; in regestro vero expensae Ecclesiae nobis producto seorsivo expensae haec articulatim continentur;
3. Perceptam Hospitalis S. Leonardi a Festis Pentecostes 1810 nullam habuit, cum haec ipsi non fuit admanuàta, praeter eam, quae regestro hic annexo continetur;
4. Perceptam pro Clero et Ministris Ecclesiae in regestris quartualatim confectis exhibuit adm. rdus Śladecki, idque ad quartuale S. Luciae 1810 anni inclusive; affirmat se unicuique, quod suum erat, exsolvisse, et paratum esse cuivis id iustificare.

Sequitur **recapitulatio** perceptarum et expensarum ex regestro hic adiuncto:

Articuli perceptae:
1. A Procuratore Capitulari flor. 117;
2. A pulsu campanarum $^2/_3$ " 132;

[55] *Boczki wieś z kaplicą publ. w par. kolegiackiej*

3. Pro Hospitali Pauperum " 256 gr. 6;

Summa perceptae [s. 167] Articuli expensae:
[flor.] 505 gr. 6.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. Expensa Ecclesiae, ut supra ad 2, | flor. | 115 gr. | 15; |
| 2. Expensa Hospitalis S. Leonardi | " | 70 " | 13; |
| Summa expensae | flor. | 185 gr. | 28. |

Bilans:
Perceptae flor. 505 gr. 6⁴/₇;
Expensae flor. 185 gr. 28.
Remanent apud adm. rdum Śladecki flor. 319 gr. 8¹/₇ iuxta ipsius regestrum, praesenti relationi adiunctum. Quod remanens postulat idem adm. rdus Śladecki ex deservitis praebendarum suarum partitim sibi dumtaxat detruncari.

Qua quidem revisione, ut supra et calculo peractis, nos commissarii infrascripti libros tam inventarii Ecclesiae, quam regestrorum munus Vicecustodis Ecclesiae concernentium, et claves cunctas idem concernentes ab adm. rdo Śladecki recipimus, eaque omnia et singula ilri adm. rdo dno Michałowski canonico honorario Łoviciensi ac Capituli eiusdem secretario, uti a Reverendissimo Capitulo intermistice constituto Sacristiano seu Vicecustodi, tradimus Famulosque Ecclesiae et ceteros, quorum cura ipsi incumbet, eidem obtemperare mandavimus. Łovicii, die et anno ut supra. (Signatum:) Theodorus Wiesiołowski canonicus Łoviciensis, commissarius deputatus. Basilius Popiel can. Łovicien. comiss. deput. m.p.

Diebus 5—8 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[2022] s. 168. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tam visitationum, quam generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo pilris rmus Praesidens [56] connotavit.

[2023] s. 168—169. *Visitatio generalis [Collegiatae].*

[2024] s. 169. *Epistola ad excelmum Visitatorem [suffr. Gnesn. Bardziński].*

[2025] s. 169. *Deputatio ad Sacristiam et libros fundationum [etc.].* Ad revisionem Sacristiae, librorum fundationalis et metricas pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus [57] deputatur.

[2026] s. 171—172 (6 Iun.). *Relatio de revisione curiarum [quattuordecim].*

[2027] s. 173. *Pro cera a civitate Łoviciensi.* Censum pro cereo Paschali in flor. polon. 36 annuatim constitutum, ex Cassa Civitatensi Łoviciensi recipiendum, ab annis 7 iam retentum, omni modo, etiam via iuris, recuperandum Capitulum praesens pilri adm. rdo canonico Procuratori praecommittitur.

[2028] s. 174. *Quietatio et electio Procuratoris* [*Wiesiołowski can.*].

[2029] s. 175. *Relatio pilris adm. rdi canonici Deputati ad Sacristiam et librum fundationum.* Pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus loci retulit libros metrices omnes et fundationum quoad septimanas Do-

[56] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*
[57] *Wincenty Frydrych m.in. kan. łow. w l. 1811—1831, surogat.*

minorum et Cleri in bono ordine esse. Quod vero spectat altarias, haraum obligationes absolvendae vel absolutae absque connotatione ab aliquo tempore exsistere. Sacristiae supellectilem, utpote paulo ante circa traditionem noviter electo substituto[58] Vicecustodi d. 15 Martii a.c. revisam, non examinasse. Capitulum praesens pilri adm. rdo canonico Deputati gratias agens, obligationes altarium absolvendas et illico post cuiuslibet absolutionem libro fundationum connotandas decernit per praesentes.

[2030] s. 176. *Pulsus campanarum.* Capitulum praesens animadvertens pretium cuiuslibet pulsus campanarum in flor. polon. 6 hucusque solutum nimium esse, et plures interessentes avertere: a quolibet pulsu trium campanarum abhinc per flor. polon. 4 exigere demandat. Ut vero et Sanctuarii aliquod pro sua in pulsando fatigatione percipant, decernit, ut medietas perceptae ab eodem pulsu **Aerarium** Ecclesiae pro ipsius fabrica, alterius medietatis dimidium **Vicecustodem** et dimidium **Sanctuarios** spectet; Sanctuariis de eodem dimidio aequaliter lucraturis.

[2031] s. 177—186. *Ordynacyja szpitalów skierniewskich [wydana przez arcybpa Raczyńskiego, 7 V 1811, XXXIV paragrafy].*

D. 8 Iulii, in capitulo partiali extraordinario:

[2032] s. 186—187. *Visitatio generalis Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis [per eppum Bardziński*[59]*].*

[2033] s. 187—188. *Innotescentialium [eppi Bardziński] tenor.*

D. 27 Iulii, in capitulo extraordinario:

[2034] s. 189. *Regens Scholae Alumnatus Capitularis S. Leonardi [Petrus Śladecki].*

Dieb. 9—10 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2035] s. 189. *Apertio capituli.* Post missam votivam, relectis statutis et decretis tam[e] visitationum, quam generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses[60] connotavit.

[2036] s. 190. *Salarium*[f] *Sutricis cassatum.* Salarium Sutricis in florenis 64 annuatim, quod Aedituus primus quartualatim percipiebat, Capitulum praesens, certis et bono Ecclesiae faventibus causis perpensis, ulterius non erogandum. Quae vero circa reparationem vel de novo comparationem linteaminorum, albarum, humeralium iisque similium fieri oportuerit, haec, disponente pilri adm. rdo canonico Procuratore pro tempore exsistente, per adm. rdum Vicecustodem procuranda, de Massaque Fabricae Ecclesiae et Sacristiae persolvenda decernit per praesentes.

[2037] s. 191 (10 Dec.). *Deputatio ad libros metrices etc.* Ad revidendum libros fundationum et metrices pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus deputatur.

[2038] s. 191—195. *Hospitalia Skiernievicia [s].*

[2039] s. 197. *Relatio de revisione librorum.* Pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus, ad revisionem librorum tam fundationalis, quam

---

[e] tum *akta.*

[58] *Kapituła uważała Michałowskiego, jak przedtem Śladeckiego, tylko za wicekustosza zastępcę.*

[59] *Ignacy Nepomucen Bardziński h. Habdank, dr teol. i ob. prawa, m.in. sufragan i oficjał gen. gnieźn.*

[60] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

metrices deputatus, retulit omnes libros in bono ordine existere obligationesque absolutas esse. Et Rmum Capitulum p. adm. rdo canonico Deputato gratias agit.

[2040] s. 198. *Aedituus Venceslaus emeritus ad Hospitale S. Leonardi recipitur, Martino autem Gawroński pensio augetur.* Capitulum praesens Venceslaum Matyszkiewicz [61] secundum aedituum et calcantistam huius Ecclesiae, obsequio circa illam ob decrepitam aetatem adimplere iam non valentem, ne ulla spe, cum praesertim Ecclesiae Collegiatae per plures annos serviebat, destituatur, ad Hospitale S. Leonardi, pro consueta hebdomadali in flor. 3 eleemosyna, destinat; Martino vero Gawroński, uti ad omnia obsequia idoneo, et ne illis unquam desit, de perceptis flor. 60 hucusque per dictum Venceslaum et amplius non recipiendis, flor. 30 in annum, id est quolibet quartuali per flor. 7 gr. 15 tribuendo declarat.

## 1812

Die 15 Februarii, in capitulo extraordinario:

[2041] s. 198. *Obitus pilris rmi Felicis Wodziński archidiaconi Łoviciensis.*

[2042] s. 199. *Tenor schedulae [testamentariae Wodziński] sequens.*

D. 12 Martii, in capitulo septimanali ordinario:

[2043] s. 200. *Installatio pilris rmi dni can. Czajkowski ad Archidiaconatum Łoviciensem [cum documentis annexis].*

Diebus 20—22 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[2044] s. 202. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum [g] ac generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses [62] connotavit.

[2045] s. 203. *Deputatio ad revisionem Sacristiae.* Ad revisionem Sacristiae, supellectilis et argenteorum pilris rmus Theodorus Wiesiołowski canonicus deputatur.

[2046] s. 203. *Deputatio ad libros fundationum etc.* Ad revisionem librorum fundationalis et metrices pilris adm. rdus dnus Basilius Popiel deputatur.

[2047] s. 203 (21 Maii). *Relatio pilris rmi canonici Deputati ad Sacristiam.* Pilris rmus Theodorus Wiesiołowski canonicus, ad revisionem Sacristiae deputatus, retulit omnia in bono, ut in ultima revisione, et accurato ordine esse; nonnulla accessisse vel decessisse. Et Capitulum praesens p. rmo canonico Deputato gratias agens, quae accesserunt vel decesserunt inventario Sacristiae et Ecclesiae annotari demandat.

[2048] s. 205. *Quietatio et electio Procuratoris [Wiesiołowski can.].*

[2049] s. 205 (22 Maii). *Relatio pilris adm. rdi canonici Deputati ad libros fundationum etc.* Pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus loci, ad revisionem libri fundationali et metrices deputatus, retulit libros metrices in bono [ordine] et complete conscriptos. In libro vero fundatio-

---

[f] Solarium *akta.*
[g] visitationumque *akta.*
[61] *Wacław Matyszkiewicz i Marcin Gawroński pomocnicy wicekustosza.*
[62] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

num: ad Altare Maius in anno 1811 et ultra; ad Altare S. Ioannis Nepomuceni pro anima Christophori Dobiński[63] ex a. 1811 nro 5 absolvendas, ulterius nullam; ad Altare S. Iosephi pro anima Ioannis Grabowski[64] in a. 1806 et ultra nullam; ad Altare S. Rochi pro Fundatoribus in a. 1811 nro 5 absolvendas, ulterius vero nullam absolutam esse. Et Rmum Capitulum gratias agens, obligationes absolutas connotandas, non absolutas autem absolvendas demandat per praesentes.

D. 25 Iunii, in capitulo ordinario septimanali:

[2050] s. 206—212. *Statuti reductionis Personarum Capituli Łoviciensis promulgatio [per archieppum Raczyński]*[65].

D. 16 Iulii, in capitulo ordinario:

[2051] s. 214—215. *Accessus Capituli cum Collegiis Cleri Minoris suae Ecclesiae ad Confoederationem Generalem Gentis Polonae [ex data 28 VI 1812, cum documentis annexis s. 215—220]*.

[2052] s. 220—223. *Ingrossatur certa transactio inter Inclytam Commissionem Educationis Nationalis Regni et celmum principem archieppum Gnesnensem [A. Ostrowski] necnon Ilmum Capitulum Metrop, Gnesn. facta [4 XII 1781] ex actis Ilmi Consistorii Gen. Łoviciensis deprompta [pertinens ad bona postiesuitica]*.

Dieb. 9—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2053] s. 229. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum, aeque ac generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses[66] connotavit.

[2054] s. 229 (10 Dec.). *Deputatio ad librum fundationalem etc.* Ad revisionem librorum tum fundationalis in Sacristia, tum metrices pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus deputatur.

[2055] s. 231. *Decretum reformationis [visitatoris Bardziński]*.

[2056] s. 231—232. *Decretum pro septimanalibus.*

[2057] s. 232. *De stallis tenendis in Choro.*

[2058] s. 232—241. *Publicatio decreti reformationis [eppi Bardziński]*[67].

[2059] s. 243 (12 Dec.). *Relatio de libris fundationum.* Pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus, ad revisionem librorum fundationalis et metrices deputatus, retulit libros metrices in bono et accurato ordine esse. Ex libro vero fundationali plures obligationes altarium non adimpletas elucidavit. Et Rmum Capitulum p. adm. rdo canonico Deputato gratias agens, de obligationibus absolvendis et retentis pro iisdem obligationibus stipendiis: quid decernendum, capitulo partiali relinquit vigore praesentium.

[2060] s. 246. *Iacobi Seroczyński aeditui petitum.* Capitulum praesens petito Iacobi Seroczyński deferendo, secundum Psalterii nocturni

---

[63] *Krzysztof Dobiński h. Rola, m.in. sufr. gnieźn. i prał. dziek. łow. zm. w 1769 r.*

[64] *Jan Stanisław Grabowski h. Jastrzębiec, dr teol., m.in. kan. łow. w l. 1667—1679.*

[65] *Dok. druk. przez ks. Librowskiego w: Statuty kapituły w Łowiczu, „Arch. Bibl. Muz." t. 42: 1981 s. 391—399.*

[66] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

[67] *Dekret wyd. drukiem w Statutach świetnej kapituły w Łowiczu, „Arch. Bibl. Muz." t. 44: 1982 s. 374—386.*

turnum, relicta pilri rmo Procuratori ordinatione turnorum, per Lachowski hucusque possessum obeundum illi committit. Ne vero praefatus Lachowski, servitio huius Ecclesiae propensus et vere pauper, aliquod exinde damnum patiatur, florenos polon. 9 quolibet mense ex Massa Hospitalis S. Leonardi eidem exsolvendos decernit.

## 1813

Diebus 9—14 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[2061] s. 250. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum, aeque ac generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses [68] connotavit.

[2062] s. 251. *Imago Crucifixi donata.* Pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus Łoviciensis imaginem Crucifixi D.N.I. Christi, sat magnam, Ecclesiae praesenti obtulit. Et Capitulum hoc donum grato animo suscipiens, inventario Ecclesiae annotare demandat, locum pro illa sistenda suo tempore designandum differendo.

[2063] s. 251. *Deputatio ad Sacristiam et libros.* Ad revisionem Sacristiae, supellectilis eius, librorum fundationalis et metrices pilris adm. rdus canonicus Frydrych deputatur.

[2064] s. 256 (11 Iun.). *Relatio de Sacristia et libris.* Pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus, ad revisionem Sacristiae, supellectilis Ecclesiae, librorum fundationalis et metrices deputatus, retulit in Aerario et Sacristia tam Capitulari, quam Cleri argenteria et apparamenta omnia et in bono ordine esse. In Sacristia Dominorum unam albam, in Sacristia vero Cleri duas albas, quae forsitan invenientur, deficere. Manutergia duo detrita invenisse. Lotionem albarum, mapparum et similium nec accuratam, nec proficuam animadvertisse. Quod vero spectat libros tam fundationalem, quam metrices baptizatorum, copulatorum et mortuorum, hos in bono et accurato ordine exsistere. Capitulum praesens p. adm. rdo canonico Deputato gratias agens, mutationem Lotricis et, ut albae, mappae, corporalia etc. nitide et ordinatim asserventur, adm. rdo Vicecustodi commendat per praesentes.

[2065] s. 259 (12 Iun.). *Domus Aedituorum.* Pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus retulit Domum Aedituorum reparationem in tecto indigere. Ligna vero ad reparationes varias a longo tempore in tentorio conservata, prout ipsum tentorium, deteriorari. Capitulum praesens p. adm. rdo Canonico gratias agens, reparationem necessariam Domus Aedituorum pilri rmo canonico Procuratori committit. Absoluta vero reparatione, reliqua ligna praefata, prout et alia 5 in area Praebendae iacentia, per plus offerentiam divendenda decernit per praesentes.

[2066] s. 261. *Quietatio et electio Procuratoris* [*Wiesiołowski canonici*].

Dieb. 9—11 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2067] s. 264. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum, aeque ac generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses [69] connotavit.

---

[68] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*
[69] *Jak przyp. 3.*

[2068] s. 265. *Deputatio ad libros fundat. et metrices.* Ad revisionem librorum fundationalis et metrices pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus deputatus.

[2069] s. 266 (10 Dec.). *De loco et stallo in Choro tenendo.*

[2070] s. 266 (11 Dec.). *Relatio de libris fundat. et metrices.* Pilris adm. rdus Basilius Popiel canonicus, ad revisionem librorum fundationalis et metrices deputatus, retulit libros metrices in bono ordine esse. In libro vero fundationali missas ad Altaria Sanctorum Rosaliae, Barbarae et Liborii — ad quodlibet per 33, S. Ioannis [Nepomuceni] fundationis Dobinianae 5, ad Altare S. Iosephi ab anno 1806, ad S. Rochum a 1812, ad S. Victoriam missas 4 et pro anno currenti omnes; et in Capella Boczkoviana missas 6 non absolutas adinvenisse, potissimum ob retentos census. Et Capitulum praesens p. adm. rdo canonico Deputato gratias agit.

Die 16 Decembris, in capitulo hebdomadali ordinario:

[2071] s. 267. *Lotrici salarium augetur.* Capitulum praesens animadvertens salarium Lotricis per florenos polon. 25 quartualatim pro lotione utensilium praesentis Ecclesiae et adaptione coronarum albis et mappis exiguum esse, per florenos sex quolibet quartuali addendos, et sic in quartualibus Cleri per flor. 31 polon. pro Lotrice connotandos et exsolvendos in posterum determinat.

## 1814

Die 20 Maii, in capitulo extraordinario:

[2072] s. 270. *Obitus ilmi Zachariaszewicz [suffraganei et decani Łoviciensis].*

Diebus 1—4 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[2073] s. 270. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum, aeque ac generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses[70] connotavit.

[2074] s. 271. *Deputatio ad libros et Sacristiam.* Ad revisionem librorum fundationalis et metrices pilris Popiel deputatus.

[2075] s. 271, 272 (1, 2 Iun.). *Quietatio et electio Procuratoris [Wiesiołowski can.].*

[2076] s. 273 (3 Iun.). *Relatio pilris Deputati ad libros et Sacristiam.* Pilris adm. rdus canonicus Popiel, ad revisionem Sacristiae et libros fundationalem et metrices deputatus, retulit in Sacristia omnia in statu, ut in ultima revisione, manere; praeter quod apparamenta et alia saepius utensilia reparatione, ceratae pulvinariae pro altaribus et ad tegenda Dominorum stalla pro feriis renovatione indigent. Accessisse panni rubri 40 cubitos, pro quo floreni 140 exsolvendi restant, centum vero florenos per pauperem Hospitalis S. Leonardi Petrum Bruc pro eodem panno oblatos esse. Item accessisse mensam seu postumentum ad exponendum SS. Sacramentum in Maiori Altari, manu et expensa ilris rdi Petri Michałowski comparatum. Libros metrices in bono ordine expletos exsistere. Ex libro vero fundationali plures obligationes ad varia altaria non absolutas

---

[70] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

patere. Et Capitulum praesens p. adm. rdo canonico Deputato gratias agens, accessus inventaria Sacristiae connotandos decrevit.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2077] s. 278. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum, aeque ac generalis capituli immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses [71] connotavit.

[2078] s. 278. *Deputatio ad libros.* Ad revidendos libros fundationalem et metrices pilris adm. rdus canonicus Frydrych deputatur.

[2079] s. 282 (12 Dec.). *Relatio de revisione librorum.* Pilris adm. rdus canonicus Vincentius Frydrych, ad revisionem librorum deputatus, retulit libros metrices baptizatorum et mortuorum in bono ordine usque ad hunc diem exsistere, copulatorum vero ad 14 Augusti scriptum esse. Quod spectat librum fundationalem, septimanas tam Dominorum, quam Cleri accurate adimpletas, altarium vero variorum passim non absolutas esse. Postulavitque, ut obligationes altarium nulli de Clero commissorum, vel a notabili tempore omissorum, alicui hoc officio non impedito adimplendae committantur. Et Capitulum praesens p. adm. rdo canonico Deputato gratias agens, obligationes altarium quaestionis postulanti id committendas, sed suo tempore ex proventibus eorundem persolvendas, partiali capitulo vigorem praesentis relinquit.

[2080] s. 283. *De assignationibus et praenumerationibus.* Capitulum praesen, certis de causis et securitati **Massae Capitularis** providendo, decernit nemini Dominorum Capitularium, vel de Clero, vel cuilibet Ministrorum Ecclesiae praesentis, etiam deservita in Massa Capitulari habenti, quemlibet creditorem suum, vel assignationem aliquam ad pilrem canonicum Procuratorem, vel ilrem Notarium Capitulares remittere abhinc licitum fore. Insuper praenumerationes nullas extra exsolutionem quartualium, absque scitu Capituli, per quemlibet Dominorum vel de Clero percipiendas.

## 1815

Die 9 Martii, in capitulo septimanali ordinario:

[2081] s. 285—290. *Testamentum et legata ilmi Zachariaszewicz [suffr. et dec. Łovicien.].*

[2082] s. 290—291. *Ordinatio summae 18000 florenorum polon. [legatae testam. per Zach. Collegiatae et Capitulo].*

Diebus 17—22 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[2083] s. 293. *Apertio capituli.* Absoluta votiva relectisque statutis et decretis visitationum, tum capituli generalis immediatae praecendentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses [72] connotavit.

[2084] s. 293. *Deputatio ad libros.* Ad revisionem librorum fundationalis et metrices pilris adm. rdus canonicus Frydrych deputatur.

[2085] s. 293. *Deputatio ad Sacristiam.* Ad revisionem supellectilis et inventarii Ecclesiae pilris adm. rdus canonicus Daniszewski [73] deputatus.

---

[71] *Jak przyp. 3.*
[72] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*
[73] *Tomasz Daniszewski m.in. kan. łow. w l. 1812—1852.*

[2086] s. 296 (19 Maii). *Relatio de Sacristia.* Pilris adm. rdus Thomas Daniszewski canonicus, ad revisionem supellectilis et inventarii Ecclesiae et Sacristiae deputatus, retulit omnia iuxta inventarium in bono ordine adinvenisse. Praeter quod plagulae altaris decesserunt et aliqui cinguli delacerati. Accesserunt vero tunicellae ex iisdem plagulis factae et genuflexorium post fata ilmi d.d. Gregorii Zachariaszewicz suffraganei Loviciensis. Et Capitulum praesens p. adm. rdo can. Deputato gratias agens, accessus et decessus inventario Ecclesiae annotandos decernit.

[2087] s. 297 (20 Maii). *Relatio de libris metrices etc.* Pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus, ad revisionem librorum tam metrices, quam fundationalis in Sacristia deputatus, retulit libros metrices omnes accurate et munde conscriptos invenisse. In libro vero fundatianali plures et plurium altarium obligationes non adimpletas patere. Et Rmum Capitulum p. adm. rdo can. Deputato gratias agit.

[2088] s. 297. *Vicecustos eligitur.* Ilris adm. rdus Petrus Michałowski notarius capitularis et a quattuor supra annis substitutus vicecustos, his et aliis muneribus praegravatus, petiit, ut, si id Rmo Capitulo placuerit, a munere Vicecustodis liber fiat. Et Capitulum praesens, iustis causis permotum, petitioni huic benigne deferendo, obsequioque per hocce tempus cum propensione et evidenti Ecclesiae emolumento praestita approbando, adm. rdum Adalbertum Wójciński vicarium praesentis Ecclesiae [74] in actualem vicecustodem unanimiter assumpsit. Qui taliter assumptus, munus, iuxta ordinationem anni 1810 in Decembri confectam et approbatam, mediante corporali ad S. Dei Evangelia, in forma eadem ordinatione praescripta, praestito iuramento acceptavit. Dimissio vero eiusdem muneris per modernum et exercitium per neoassumptum Vicecustodem, propter bonum ordinem, modo ultima die Iunii a.c. in effectum deducatur.

[2089] s. 298. *Summa 930 pro fortificatione.* Capitulum praesens summam florenorum 930 pro fortificatione propugnaculi in Modlin, iuxta repartitionem pro domibus Dominorum et Cleri, ex Massa Capitulari anno 1808 expensam, circa exsolutionem primorum quartualium cuilibet respectivam portionem detruncando, Massae Capitulari restituendam decernit. — Repartitio proportionata est inferius pag. 300.

[2090] s. 299. *Quietatio et electio Procuratoris* [*Wiesiołowski can.*].

[2091] s. 300 (22 Maii). *Repartycyja zł. 930 gr. 12 polon.* z Masy Kapitulnej zaliczonych i wypłaconych na robotników około fortyfikacyi na Pradze i w Modlinie roku 1807, w miarę dymów i ich klas uczyniona. Na niżej [tabeli] wyrażone domy [następuje tabela].

D. 22 Iunii, in capitulo septimanali ordinario:

[2092] s. 302. *Inventarium Ecclesiae etc.* Capitulum praesens ad verificandum inventarium Ecclesiae et Sacristiae, necnon recipiendum calculum ab ilri adm. rdo Michałowski vicecustode moderno et tradendum ea in manus adm. rdi Wójciński neoelecti vicecustodis Ecclesiae praesentis, pilrem adm. rdum canonicum Stanislaum Delert [75] deputat.

D. 6 Iulii, in capitulo septimanali [ordinario]:

[2093] s. 302—304. *Relatio p. Deputati ad Sacristiam.* Pilris adm. rdus Stanislaus Delert canonicus, ad verificandum inventarium Ecclesiae et

[74] *Wojciech Wójciński (Woycinski) wik. i nowy wicekustosz kol.*
[75] *Stanisław Kostka Delert m.in. kan. łow. w l. 1812—1827.*

Sacristiae, tum ad recipiendum calculum ab ilri adm. rdo Petro Michałowski qua vicecustode et tradendum ea adm. rdo Adalberto Wójciński neoelecto vicecustodi deputatus, verificationem praefatam et calculum scriptotenus coram praesenti Capitulo relegit. Inventarium Ecclesiae, claves, libros et similia, munus Vicecustodis spectantia, adm. rdo Wójcińki tradidisse retulit. Et Capitulum praesens p. adm. rdo can. Deputato gratias agens, verificationem et calculum modo relata actis praesentibus ingrossanda decernit.

Niżej podpisany do rewizyi sprzętów i aparatów kościelnych i Zakrystyi Prześwietnej Kolegijaty tutejszej, przy składaniu podkustodyi przez JX. Piotra Michałowskiego dotychczasowego, a otrzymowaniu tejże przez JX. Wojciecha Wójcińskiego nowo obranego podkustoszego, od Prześw. Kapituły deputowany, kombinując inwentarz dawniejszy w latach [s. *303*] 1806 i 1810 spisany z[e] stanem rzeczy d. 21 marca 1811 przy obejmowaniu i d. 1 lipca rb. przy złożeniu przez JX. Michałowskiego podkustodyi zostającym, znalazł:

1. Wszystkie argenteria i aparaty tak na Skarbcu, jak i w Prałackiej Zakrystyi w stanie tym, jak d. 21 marca 1811 oddane były.

2. W Zakrystyi Cleri podług opisu d. 21 marca 1811 czerwonego ornatu nie dostawało, teraz czerwone są wszystkie podług inwentarza a białego nie dostaje; zatem w Boczkach biały, nie czerwony, znajdować się powinien; ornatu fioletowego połowa dana śp. JX. Peterowi.

3. Biretu jednego nie ma w Zakrystyi Prałackiej, lecz pożyczony przez WJX. kan. Turowskiego zwrócony będzie.

4. Co do bielizny: a) w Prałackiej Zakrystyi jednej alby nie ma, z wąskiemi koronami; ta wzięta do Zakrystyi Cleri, a korona odpruta leży; b) w Zakrystyi Cleri brakuje albów ferialnych 7; dane śp. JJXX Bilczykiewiczowi[76] i Peterowi — 2, do Lazaretu 1813 i 1814 r. — 3, złe w Kaplicy Boczkowskiej — 2; c) humerałów brakuje 8; z tych niektóre mniejsze na ręczniczki do ołtarzów obrócone, i tych więcej jest nad inwentarz; d) puryfikaterzów brakuje 7; niektóre węższe wzięte na obszewki do stuł; e) obrusów z koroną szeroką 1, z wąskiemi koronkami 1 i spodnich 4 brakuje; trzy z nich złe dało się do Lazaretu 1814 r., a trzy były pewnie towalnie uważane za obrusy, bo tych jest trzy więcej nad inwentarz; korona od jednego obrusa odpruta leży; f) ręczników wielkich brakuje 7: w r. 1813 dane 4, a w 1813 trzy do Lazaretu.

5. W rozmaitych sprzętach brakuje: a) lichtarza cynowego stołowego 1, a na to miejsce jest mosiężny stołowy; b) dzwonków do chorych i od chorągiewki na dedykacyją Kościoła nro 6; stłukły się i poginęły; c) mszałów starych złych w Zakrystyi Cleri [aż do końca wyliczeń brakuje:] 2; d) mszalika jednego z wotywami, lecz de Requiem jest jeden nadto; e) książki Psalmi communes 1; f) sukien starych na okrycie wozów do chorych 2, te podarły się; g) sowów dwie, podarły się; h) kociołka do grzania wody; ten w czasie przechodów wojska u X. Podkustoszego skradziony pewnie przez żołnierzy.

Nadto odebrał i zweryfikował rachunki tak kościelny, jak też z podzwonnego i szpitalny oraz z karbony przez ciąg pobytu na tym urzędzie JX. Michałowskiego, przez ubogich zbieranych pieniędzy i na nichże roz-

---

[76] *Ks. Bilczykiewiczowi i Peterowi do trumny.*

dzielonych; wreszcie z kar na nich rozciąganych i z tego uczynionych wydatków, jak się w osobnym rachunku pod d. 1 lipca rb. uczynionym okazuje.

Którą rewizyją i sprawdzenie rachunków odbywszy, a pieniądze przy JX. Michałowskim dotychczasowym podkustoszym, na rozmaite wydatki będące i przez niego w kwocie zł. 686 gr. 19 $\frac{3}{14}$ złożone, przeliczywszy. Też pieniądze, równie jak książki inwentarza i rachunków podkustoszowskich wraz z kluczami Kościoła, Skarbca, karbon i innych do rąk mych złożone JX. Wójcińskiemu nowo obranemu podkustoszemu oddałem. Świąnikom [*s. 304*] i ubogim posłuszeństwo i uszanowanie ku niemu zaleciłem. Dan w **Łowiczu 5** lipca 1815. (podpisano:) X. Stanisław Kostka Delert deputowany.

**Rachunek** percepty i ekspensy przy złożeniu podkustodyi przez niżej podpisanego sporządzony:

| Percepta | złote | grosze: |
|---|---|---|
| po zdaniu rachunku 6 maja rb. pozostało przy mnie . | 127 | 17 $\frac{5}{7}$; |
| 27 maja JWJX kanonik Prokurator zaliczył . . . | 716 | 24; |
| z dzwonnego . . . . . . . . . . . . | 6; | |
| z kwartału marcowego rb. dla ubogich z funduszów Barszczowskiego f. 142 g. 25, z fund. Awedykowskiego f. 9 g. 12 . . . . . . . . . . . | 152 | 7; |
| Percepty suma | 1002 | 18 $\frac{5}{7}$. |
| Ekspensa: | | |
| na Zakrystyją, jak w rejestrze osobnym . . . . | 311 | 4; |
| dla ubogich na jałmużny tygodniowe i płótno, jak w rejestrze . . . . . . . . . . . . | 350 | 18; |
| Ekspensy suma | 661 | 22. |
| Rekapitulacyja: | | |
| Percepta . . . . . . . . . . . . | 1002 | 18 $\frac{3}{7}$; |
| Ekspensa . . . . . . . . . . . . | 661 | 22; |
| Zostaje | 340 | 26 $\frac{3}{7}$. |
| Nadto składam: | | |
| 1) za wino kościelne sprzedane, jak w osobnym rejestrze . . . . . . . . . . . . | 211 | 15; |
| 2) z kar na Dziadów szpitalnych rozciąganych . . . | 37 | 18; |
| 3) depozyt tychże do ekspensowania w potrzebie, podług rejestru . . . . . . . . . . | 112 | 19; |
| Suma | 702 | 19 $\frac{3}{7}$. |

Dziś po zamknięciu rejestrów Jędrzejowi z depozytu jego na buty dałem . . . . . . . . . . 16;

Zostaje 686 19 $\frac{3}{14}$.

Wyraźnie złotych sześćset osiemdziesiąt sześć, groszy dziewiętnaście polskich składam. 1 lipca 1815. X. P. Michałowski mp. Verificatum d. 1 Iulii 1815 anno. Stanislaus Delert deputatus mp.

D. 22 Iulii, in capitulo extraordinario:

[2094] s. 305—306. *Homagium [praestitum Alexandro regi*[77]].

D. 9 Novembris, in capitulo septimanali ordinario:

[2095] s. 308. *Serenissimi Regis susceptio* [*in Collegiata circa 10—11 XI*].

Dieb. 9—14 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2096] s. 308. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum generalium, reductionis, tum capituli generalis, subsequentium hebdomadalium immediate praecedentium, negotia in praesenti capitulo tractanda pilris rmus Praeses[78] connotavit.

[2097] s. 308. *Deputatio ad libros metrices et fund.* Ad revisionem librorum metrices et fundationalem pilris adm. rdus Frydrych deputatus.

[2098] s. 313—314 (12 Dec.). *Relatio de revisione librorum.* Pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus, ad revisionem librorum [*s. 314*] metrices et fundationalis deputatus, retulit libros metrices omnes munde, ordinate et ad diem revisionis conscriptos esse. In libro vero fundationali plures obligationes altarium non adimpletas constare. Et Capitulum praesens p. adm. rdo Canonico gratias agens, obligationes non adimpletas adimplendas decernit.

[2099] s. 314 (13 Dec.). *Pignora Montis Pii divendita.* Capitulum praesens exhibitum sibi habens protocollum iuridicae per plus offerentiam d. 21 Septembris a.c. divenditionis pignorum Montis Pietatis, pro quibus ex variis summis originalibus summa florenorum 774 concessa fuerat, et pro pignoribus taliter, ut supra, divenditis summa tantum flor. polon. 569 coagmentata, proinde deficit summa flor. 205 ad reintegrationem summarum originalium. Hic defectus in flor. 205 ex censibus Montis Pii, in manibus ilris Notarii manentibus, supplendus decernitur.

## 1816

Diebus 5—10 Iunii, in capitulo generali Pentecostes:

[2100] s. 318. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tam visitationum, quam generalis capituli immediate praecedentis et septimanalium subsequentium, pilris rmus Praeses[79] negotia in hoc capitulo tractanda connotavit.

[2101] s. 318. *Deputatio ad libros et Sacristiam.* Ad revisionem librorum fundationalis et metrices, item supellectilis Ecclesiae et Sacristiae pilris canonicus Frydrych deputatus.

[77] *Aleksander I ces. rosyjski i król polski w l. 1815—1825.*
[78] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*
[79] *Jak przyp. 3.*

[2102] s. 319. *Pilris adm. rdi Ondernard largitio.* Pilris rmus Theodorus Wiesiołowski canonicus procurator retulit, quod p. adm. rdus Nicolaus Alexius Ondernard, antea canonicus Łoviciensis, nunc Bruxellae ad S. Mariam praepositus, summam florenorum 1800, ex deservitis suis et mobilibus divenditis collectam, hospitalibus duobus, Łoviciensi nempe S. Leonardi et Vielunensi ad Collegiatam [80], pro augmentatione fundi destinavit. **Candelabrum** pensile vitris levigatis ornatum Capellae S. Victoriae V. et M. dono dedit et florenos 360 pro **libris** divenditis in erubescentes Łovicii distribui permisit. Capitulum praesens hanc pilris adm. rdi Ondernard munificentiam gratissime acceptando, pecuniam in sous fines quantocius convertendam, particulam ss. reliquiarum Divae Victoriae cum authentico testimonio transmittendam, litterasque nomine Capituli cum obtestatione gratitudinis ad p. adm. rdum Ondernard dirigendas decernit per praesentes.

[2103] s. 319. *Testimonium Reliquiarum.* Capitulum Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis Archidioecesis Gnesnensis in Polonia universis et singulis, praesentes litteras inspecturis, fidem facimus et attestamur, quod nos ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, suorum Sanctorum venerationem, et praesertim Sanctae Victoriae Virginis et Martyris augendum cultum, cum facultate iurisdictionis archiepiscopalis Lociordinariae, particulas de cranio sacrarum reliquiarum corporis sanctae Christi martyris et virgnis Victoriae, Romae in persecutione Decii imperatoris [81] passae, a p.m. Paulo papa V Henrico Firlej archiepiscopo Gnesnensi anno Domini 1625 concessi, in Ecclesia nostra Collegiata honorificentissime depositi, in continuaque ac omnimoda veneratione manentis, de mandato nostro ex capsa aurea, in qua Sarci Capitis reliquiae asservantur, extractas, quas in capsula argentea, bene clausa et funiculo serico rubri coloris colligata, ac sigillo nostro minori signata, pilri adm. rdo Nicolao Alexio Ondernard, anteacto praesentis Ecclesiae et Capituli canonico ac confratri nostro, nunc vero Bruxellae ad S. Mariam praeposito dono dedimus. In quorum fidem has testimoniales litteras manu Praesidis subscriptas, sigillo nostro maiori muniri mandavimus. Datum Łovicii die 5 Iunii anno Domini 1816. (subscriptum:) Ioannes de Siegel canonicus metrop. Gnesnensis, praepositus Capituli Łoviciensis, praeses mp. (L. S.). Petrus Michałowski can. honorarius, Rmi Capituli Łoviciensis secretarius mp.

[2104] s. 319—320. *List do WJX. Ondernarda.* Wielmożny Mości Dobrodzieju! Prawdziwa gorliwość WMPD do dobra Kościoła i Kapituły naszej, w czasie kiedyśmy Go mieli szczęście mieć w gronie swoim ciągle okazywana i niezmieniona Jego, jak z hojnych [*s. 320*] ofiar i ku pomnożeniu funduszu szpitala naszego Kościoła i ku ozdobie Kaplicy Św. Wiktoryi P.M. w przeznaczeniu wspaniałego lustra okazuje się. Przychylność składa na nas obowiązek wdzięczności. A pragnąc choć w części się wywiązać, dla pamiątki i w nagrodę przysług Kościołowi naszemu świadczonych, udzielamy co Kościół nasz ma najdroższego, cząstkę relikwii Św. Wiktoryi P. i M. Racz przy tym WMci Pan Dobrodziej przyjąć zapewnienie naszego szacunku i poważania, z którym zostajemy WMci Pana Dobrodzieja addictissimi in corde fratres. X. Jan Siegel proboszcz Kapituły Łowickiej.

---

[80] *Ondernard był także kanonikiem wieluńskim.*
[81] *Cesarz rzymski Decjusz panował w l. 249—251.*

[2105] s. 322 (6 Iun.). *Quietatio et electio Procuratoris [Wiesiołowski can.]*.

[2106] s. 322. *Tabella proventuum facienda.*

[2107] s. 322—325. *Reductiones onerum [missalium per archieppum Raczyński, 10 XI 1815]*.

[2108] s. 326. *Ordynacyja mszów św. wskutek i stosownie do redukcyjów.*

[2109] s. 327. *Relatio de libris et Sacristia.* Pilris adm. rdus Vincentius Frydrych canonicus, ad revisionem librorum metrices et fundationalis, item supellectilis Ecclesiae et Sacristiae deputatus, retulit argenteria, apparamenta et aliam supellectilem iuxta inventarium exsistere, praeter crucem sucineam cels. principi Raczyński archiepiscopo Gnesnensi 1808 anno in Decembri dono oblatam et aeneum lebetem 16 librarum in transitu exercitus furto ablatum, de quibus Rmum Capitulum nihil decreverat. Isuper albas in Sacristia Cleri reparatione indigere. Quod vero spectat libros metrices, omnes accurate et munde hucusque scriptos. Sed in libro fundationali plures obligationes non adimpletas adinvenisse. Capitulum praesens p. adm. rdo can. Deputato gratias agens, defectum decreti quoad crucem dono oblatam praesentibus supplet et hanc nro 34, quam etiam lebetem nro 22 inventario Ecclesiae et Sacristiae eliminandos decernit.

[2110] s. 327. *Obligationes altarium non adimpletae.* Capitulum praesens, ex relatione pilris adm. rdi canonici Vincentii Frydrych ad revisionem libri fundationis in Sacristia Cleri deputati, animadvertens plurium altarium obligationes non paucas, praesertim Maioris Altaris, SS. Angelorum, S. Iosephi et R. Rochi adimplendas restare, et cupiens suffragium animabus quandocius applicare, cuilibet sacerdotum, etiam Dominorum Capitularium, missas fundationales ad praedicta altaria absolvere valentium restantes absolvendas et libro fundationali annotandas permittit. Pro quibus stipendia ex censibus recipiendis ex Massa Capitulari exsolvenda decernuntur.

[2111] s. 328—330 (8 Iun.). *Rewizyja kuryi prałackich i kanoniczych Kolegijaty Łowickiej, z nakazu Prześwietnej Kapituły Festi Immaculatae Conceptionis BVM 1815, przez Deputowanych die 8 miesiąca czerwca 1816 odbyta [wszystkich kurii]*.

[2112] s. 330. *Aedificia Aedituorum.* Aedificia Aedituorum, praesertim inhabitata, in tecto et pariete ex una parte reparanda decernuntur.

Die 14 Iulii, in capitulo septimanali ordinario:

[2113] s. 336—340. *Installatio ilmi Ostrowski ad Decanatus praelaturam* [82] *[cum documentis annexis]*.

D. 28 Novembris, in capitulo septimanali:

[2114] s. 341. *Petitum adm. rdi Śladecki.* Capitulum praesens ad postulatum adm. rdi Petri Śladecki psalteristae praesentis Ecclesiae et Alumnatus S. Leonardi regentis, num per Capitulum in secretarium suum anno 1796 electus fuerit, respondet, quod Capitulum, habens ius eligendi et amovendi secretarios suos quocumque tempore, iuxta illud, post discessum P. Gniewczyński, adm. rdum Petrum Śladecki d. 30 Iunii 1796 in

[82] *Daniel Ostrowski h. Korab, dr ob. prawa, m.in. sufr. i prał. dziek. łow. w l. 1816—1831.*

secretarium suum suscipiens, iuramentum ab eodem recepit, attribuens ei omnes ad Secretariatum proventus annexos.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2115] s. 341. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tum visitationum generalium, tum capituli generalis immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia tractanda ad futuram sessionem differentur.

[2116] s. 342 (10 Dec.). *Negotia tractanda.* Pilris rmus Ioannes de Siegel praepositus, praeses negotia in hoc capitulo tractanda connotavit.

[2117] s. 343 11[h] Dec.). *50 floreni de Massa Sacristiae.* Capitulum praesens animadvertens Martinum Gawroński praesentis Ecclesiae aedituum, cuius filius pro fundatione Alumnatus S. Leonardi alumnus mense praesenti est susceptus, pauperem esse, decernit, ut flor. 50 ex Massa Fabricae Ecclesiae et Sacristiae ad massam dicti Alumnatus pro tempore probationis eiusdem filii, supplendo paupertatem, exsolvuntur.

[2118] s. 343. *Decoratio Sacristiae Dominorum.* Ad illationem pilris rmi Francisci Czajkowski archidiaconi, quod ilmus dnus Theodorus Wiesiołowski officialis generalis Consistorii et canonicus Łoviciensis, proprio et non mediocri sumtu, Sacristiam Dominorum Praelatorum [et Canonicorum], comparatione mensae iam facta, et supra illam armarii, ad conservanda varia requisita, faciendi, decorare intenderit, Capitulum praesens gratissimo animo ilmi Officialis erga se et Ecclesiam praesentem propensionem suscipiens, munificentiam hanc oretenus et per aocta praesentia gratitudine obtestatur.

[2119] s. 343. *Relatio de libris metrices etc.* Pilris adm. rdus canonicus Popiel, ad revisionem librorum metrices et fundationalis deputatus, retulit libros metrices baptizatorum ad 22, copulatorum ad 12 diem mensis elapsi Novembris et mortuorum ad praesentem diem munde et accurate conscriptos adinvenisse. In libro vero fundationali plures obligationes absolvendas restare, tamen non paucas retentas iam absolutas esse. Et Capitulum praesens p. adm. rdo can. Deputato gratias agit.

[2120] s. 344 (12 Dec.). *Caeremoniarius.* Capitulum praesens adm. rdum Franciscum Danecki vicarium in magistrum caeremoniarum[83] huius Ecclesiae, in locum adm. rdi Adalberti Wójciński vicarii et concionatoris[84], qui ab hoc munere petiit se liberari, assumit.

D. 19 Decembris, in capitulo septimanali:

[2121] s. 345. [*Incolae conflagrati*]. Capitulum incolis Boczkoviensibus conflagratis florenos 450 ex Massa Wężykoviana tribuendos destinavit.

## 1817

Die 27 Martii, in capitulo septimanali:

[2122] s. 349. [*Cives conflagrati*]. Subsidium Civibus Łoviciensibus post conflagrationem 23 praesentis in florenis 250 tribuendis de Massa Wężykoviana [Capitulum] statuit.

Diebus 28—31 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

---

[h] 10 *błęd. akta.*

[83] *Wik. Franciszek Danecki zostaje nadto ceremoniarzem kol. po Wójcińskim.*

[84] *Wicekustosz Wójciński — por. przyp. 74 — był również ceremoniarzem i jednym z kaznodziejów.*

[2123] s. 349. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tum visitationum generalium, tum capituli generalis immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in hoc capitulo tractanda pilris rmus Praeses [85] connotavit.

[2124] s. 349—350. *Indulgentiae Confraternitatis SS. Angelorum.*

[2125] s. 351. *Deputatio ad libros metrices et fundationales.* Ad revisionem librorum metrices et fundationalis pilris adm. rdus canonicus Popiel deputatur.

[2126] s. 353 (29 Maii). *Quietatio et electio Procuratoris* [*Wiesiołowski canonici*].

[2127] s. 355 (30 Maii). *Relatio de libris metrices etc.* Pilris adm. rdus canonicus Basilius Popiel, ad revisionem librorum metrices et fundationalis deputatus, retulit libros metrices in bono ordine ad praesentem diem conscriptos esse. In libro vero fundationali obligationes variorum altarium non tam multum, quam in praeterito anno, tamen nonnullas retentas adinvenisse. Et Capitulum praesens gratias agit.

D. 18 Septembris, in capitulo septimanali ordinario:

[2128] s. 358. *Vitrici Ecclesiae et Coemeterii.* Capitulum praesens satisfaciendo Edicto Supremo de 18 Martii a.c. quoad vitricos ecclesiarum et coemeteriorum constituendos, cum hocce edictum ecclesias cathedrales et collegiatas non attinget. Pro vitricis Ecclesiae et Coemeterii, item residentiae Venerabilis Collegii Vicariorum praesentis Ecclesiae candidatos Ignatium Mejer, Iosephum Przezdziecki et Ioannem Rosłonkiewicz parochianos et cives Łovicienses Commissioni Palatinatus Varsaviensis per pilrem rmum canonicum Procuratorem Capitularem et ilrem adm. rdum Vicepraepositum ad confirmandum praesentandos decernit.

[2129] s. 358. *Descriptio fundorum.* Capitulum praesens ad descriptionem fundorum Capituli, Ecclesiae et aliorum circa praesentem Ecclesiam, iuxta schemata a Regimine transmissa, exsequendam pilres rmum Theodorum Wiesiołowski et adm. rdum Vincentium Frydrych canonicos, item rdum Petrum Michałowski secretarium suum deputat.

Dieb. 9—15 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2130] s. 359. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tum visitationum generalium, tum capituli generalis immediate praecedentis, quam hebdomadalium subsequentium, negotia in capitulo hoc tractanda assumuntur.

[2131] s. 360. *Deputatio ad libros metrices et fund.* Ad revisionem librorum metrices et fundationalis in Sacristia pilris adm. rdus canonicus Delert deputatur.

[2132] s. 360. *Congregatio Circuli Sochaczeviensis.* Capitulum praesens pro peragendis consiliis Congregationis Circuli Sochaczeviensis, Generalia Comitia praecedentibus, die 17 m.c. incidentibus, **Ecclesiam** praesentem ad id destinatam, competenter intus ornandam, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ad **Sacristiam** Cleri transferendum, pro votiva sollemni hora competenti maiori campana pulsandum, devotionem hora quotidie, quousque consilia permanebunt, finiendam determinat. Et ilrem adm. rdum Franciscum Cichocki vicepraepositum pro decantatione eiusdem votivae invitat.

[2133] s. 361 (11 Dec.). *Relatio de libris metrices etc.* Pilris adm. rdus

[85] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

dnus Stanislaus Delert canonicus, ad revisionem librorum metrices et fundationalis deputatus, retulit libros metrices omnes in bono ordine accurate conscriptos adinvenisse. In libro vero fundationali plures fundationes non adimpletas esse. Et Capitulum praesens p. adm. rdo can. Deputato gratias agit.

[2134] s. 363 (13 Dec.). *Eleemosyna pro erubescentibus.*

[2135] s. 365. *Ad decimas componendas.* Capitulum praesens ad decimas manipulares tam Massae Capitularis, quam fundorum ad requisitionem partium, iuxta decretum Regium de 6 (18) Martii a.c., componendas pilrem adm. rdum Vincentium Frydrych canonicum et rdum Petrum Michałowski notarium suum, non obstante unius absentia, plenipotentes constituit.

1818

Die 2 Aprilis, in capitulo [particulari]:

[2136] s. 367. *Taxa domorum Capituli.* Postquam novae detaxationes domorum in ordine conficiendi novi catastri Societatis Assecuratoriae damnorum **incendii**, circa epistolam dni Łobodzki praefecti municipalis Civitatis Łoviciensis, transmissae sunt, ut, iuxta decretum nomine Imperatoris et Regis de 28 Ianuarii anni praeteriti, a proprietariis domorum subscribantur, hinc ad effectum subscriptionis huiusmodi nomine Capituli effectuandae rmus canonicus Procurator deputatur per praesentes. Taxae domorum ad subscribendum productae sunt videlicet: curiarum capitularium nro 13, domus Secretarii Capituli 1, Hospitalis S. Leonardi 1, domus ad Scholam Sancti Leonardi spectantis in coemetrio locatae 1, domus Organarii Ecclesiae Collegiatae 1. Taxa cuiuslibet domus praefatae est in duplici originali.

Diebus 13—16 Maii, in capitulo generali Pentecostes:

[2137] s. 368. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis visitationum generalium, aeque ac capituli generalis immediate praecedentis subsequentiumque hebdomadalium, negotia in hoc capitulo tractanda pilris rmus Praeses [86] connotavit.

[2138] s. 368. *Crux argentea restituta.* Celmus princeps ilmus ac rmus Ignatius Raczyński archieppus Gnesnensis crucem archiepiscopalem argenteam praesentis Capituli, mediante reversali anno 1810 commodatam, remisit. Et Capitulum praesens id actis praesentibus annotandum demandans, circa epistolam ad Cels. Principem dirigendam idem reversale transmittendum decernit.

[2139] s. 368. *Deputatio ad Sacristiam etc.* Ad revisionem supellectilis Ecclesiae et Sacristiae, librorum fundationalis et metrices, item depositi proventus ex funeralibus a die 1 Septembris, in Ven. Collegio Rdorum Vicariorum manentis, pilris adm. rdus canonicus Frydrych deputatur.

[2140] s. 368. *Foriculae fenestrarum.* Foriculas fenestrarum in Sacristia Dominorum, lamina ferrea velandas, securitati Ecclesiae providendo, Capitulum praesens comparandas decernit.

[2141] s. 371 (14 Maii). *Quietatio et electio Procuratoris* [*sine intermissione can. et offic. Wiesiołowski*].

[2142] s. 376 (16 Maii). *Auctio pensionis Lotrici.* Capitulum praesens

---

[86] *Jak przyp. 3.*

Iacobo Seroczyński aedituo, lotionem utensilium Sacristiae et Ecclesiae sustinenti, ad pensionem hucusque per florenos 31 quartualatim pro eadem lotione pendentem, flor. sex quolibet quartuali addendos decernit.

[2143] s. 380. *Relatio de Sacristia, libris etc.* Relationem de revisione supellectilis Ecclesiae et Sacristiae, librorum fundationalis et metrices, item de Alumnatu S. Leonardi, ob infirmitatem pilris adm. rdi can. Deputati, Capitulum praesens ad septimanale differt.

Dieb. 9—12 Decembris, in capitulo generali Conceptionis:

[2144] s. 385. *Apertio capituli.* Absoluta missa votiva relectisque statutis et decretis tam visitationum generalium, quam capituli generalis immediate praecedentis et subsequentium hebdomadalium, negotia in hoc capitulo tractanda pilris rmus Praeses[87] connotavit.

[2145] s. 385. *Deputatio ad Sacristiam et metrices libros.* Ad revisionem librorum fundationalis in Sacristia et metrices pilris adm. rdus canonicus Frydrych deputatur.

[2146] s. 391 (12 Dec.). *Vicesecretarius.* Reverendissimum Capitulum volens, ut officium Notarii Capitularis, ob interpolatam ilris adm. rdi Petri Michałowski moderni secretarii praesentis Ecclesiae absentiam in expediendis negotiis Capituli, continuo et accurate peragatur, adm. rdum Fr[anciscum] Danecki viciarium praesentis Ecclesiae in substitutum seu vicenotarium sui Capituli ad beneplacitum assumit. Qui taliter assumptus iuramentum in forma sequenti:

> Ego Fr. Danecki iuro Deo Omnipotenti, quod assumptus in vicesecretarium Reverendissimi Capituli omnia per Rmum Capitulum tam immediate, quam mediante Procuratore, ilri adm. rdo Secretario Capitulari commissa accurate et pro posse implebo, secreta Capituli peromnia servabo, praesentias Dominorum fideliter scribam et clavem ab Archivo Capitulari, si mihi concredatur, custodiam. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia,

praestitit et subscribit (podpisano:) Fr. Danecki.

[2147] s. 391—392. *Relatio de libris metrices etc.* Ad relationem pilris adm. rdi Vincentii Frydrych canonici, ad revisionem librorum fundationalis in Sacristia et metrices deputatum, quod libri metrices baptizatorum et copulatorum, item fundationalis non sunt completi, Capitulum praesens, ut [*s. 392*] libri praefati in spatio duorum mensium compleantur, sollicitudinem p. adm. rdo can. Deputato committit.

D. 23 Decembris, in capitulo extraordinario:

[2148] s. 392—393. *Deputatio ad salutandum ilmum excelmum rmum Dnum Archiepiscopum.* Cum placuit Deo Optimo Maximo Regnum Poloniae in brachio ministri sui serenissimi ac potentissimi Imperatoris totius [*s. 393*] Russiae resuscitare, in eodemque Regno semper Orthodoxo novam hierarchiam Ecclesiae Polonae Catholicae per suum vicarium in terris Pontificem Maximum[88] condere et ordinare, et in hacce Ecclesia Nationali Polona cathedram archiepiscopalem primatialemque in Urbe Regni Metropoli Varsaviensi erigere, ad eandemque cathedram primatialem a ser. et potent. imperatore ac rege Alexandro Primo semper augusto ilmus excelmus ac rmus dnus dnus Franciscus Skarbek Malczewski episcopus Vladislaviensis Cuiaviae nominatus, per bullas vero Summi Ponti-

---

[87] *Prał. prepoz. Siegel — jak przyp. 3.*

[88] *Pap. Pius VII, który rządził Kościołem w l. 1800—1823.*

ficis Romani rite constitutus archiepiscopus exsistit: hinc ad salutandum huncce ilmum excelmum ac rmum dnum Archipraesulem et Primatem necnon senatorem Regni Capitulum praesens Ecclesiae Insignis Collegiatae Łoviciensis ilmum ac rmum dnum Danielem Korab Ostrowski episcopum Bethsaidae, suffraganeum et decanum suae Ecclesiae, tum pilrem adm. rdum dnum Vincentium Frydrych canonicum et surrogatum eligit et deputat per praesentes, intendens ac cupiens, quatenus praelaudati Delegati praesentia Capituli nomine eiusdem novum nostrum[89] Archipraesulem salutantes, obsequissimum cultem et plenam oboedientiam a nobis eidem contestentur, tum gratiis et protectioni sui Archipraesulis Capitulum Ecclesiae totumque Clerum enixe recommendent. Ad quem effectum feliciter consequendum Capitulum praesens vota sua ardentia hic regnoscit decreti praesentis vigore, quod manu pilris rmi Archidiaconi[90] circa impressionem maioris sigilli capitularis subscriptum est[91].

---

[89] *Fakt przejścia Łowicza w końcu grudnia 1818 r. spod władzy arcybpa gnieźnieńskiego Raczyńskiego pod rządy arcybpa Malczewskiego w nowej archidiecezji warszawskiej stanowi terminus ad quem niniejszych wypisów.*

[90] *Franciszek Salezy Czajkowski h. Dębno, m.in. kan. łow. od r. 1787, prał. archid. w l. 1812—1820, kartograf.*

[91] *Piotr Śladecki, notariusz z zamiłowania, sporządzał czystopis akt kapitulnych jeszcze w l. 1816—1822 (s. 340—460). Por. przyp. 29. Prowadził także czystopis akt Konsystorza Gen. w Łowiczu od r. 1814 (za oficjalstwa T. Wiesiołowskiego). Niewystarczająca subordynacja względem kapituły i brak dokładności w rozliczeniach finansowych prawie na wszystkich urzędach spowodowały w r. 1819 jego dymisję z regensostwa Alumnatu Św. Leonarda. Odtąd pozostawały mu w kolegiacie tylko funkcje seniora i prokuratora Psałterzystów.*